This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

STANFORD UNIVERSITY
LIBRARIES

DOCUMENTS ÉDITÉS PAR LA SOCIÉTÉ HISTORIQUE DU VEXIN

CARTULAIRE

DE

L'ABBAYE DE MAUBUISSON

(NOTRE-DAME-LA-ROYALE)

PUBLIÉ PAR

A. DUTILLEUX
SECRÉTAIRE GÉNÉRAL DE LA COMMISSION DES ANTIQUITÉS ET DES ARTS DE SEINE-ET-OISE
OFFICIER DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

J. DEPOIN
SECRÉTAIRE GÉNÉRAL DE LA SOCIÉTÉ HISTORIQUE DU VEXIN
OFFICIER D'ACADÉMIE

PREMIÈRE PARTIE

Chartes concernant la fondation de l'Abbaye et des Chapelles

(TITRES I ET II DU CARTULAIRE)

PONTOISE
TYPOGRAPHIE LUCIEN PARIS
—
M DCCC XC



CARTULAIRE

DE

L'ABBAYE DE MAUBUISSON

DOCUMENTS ÉDITÉS PAR LA SOCIÉTÉ HISTORIQUE DU VEXIN

CARTULAIRE

DE

L'ABBAYE DE MAUBUISSON

(NOTRE-DAME-LA-ROYALE)

PUBLIÉ PAR

A. DUTILLEUX

SECRÉTAIRE GÉNÉRAL DE LA COMMISSION
DES ANTIQUITÉS ET DES ARTS
DE SEINE-ET-OISE
OFFICIER DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE

J. DEPOIN

SECRÉTAIRE GÉNÉRAL DE LA SOCIÉTÉ
HISTORIQUE DU VEXIN
OFFICIER D'ACADÉMIE

PREMIÈRE PARTIE

Chartes concernant la fondation de l'Abbaye et des Chapelles

(TITRES I ET II DU CARTULAIRE)

PONTOISE
TYPOGRAPHIE LUCIEN PARIS
—
M DCCC XC

SPV

DC 801
M45A2
V.1

CARTULAIRE

DE

L'ABBAYE DE MAUBUISSON

I

Charte de la Reine Blanche de Castille pour la fondation de l'Abbaye

(Mars 1241)

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Universis in fide catholica viventibus ad quos presens scriptum pervenerit Blancha Dei gracia Regina Francorum salutem in Domino sempiternam. Sacro sancte matris ecclesie doctores asserunt quod beatis angelicis spiritibus cedit ad gaudium si renati fonte baptismatis quos difficile est in presenti seculo nequam incursus evadere delictorum suo se creatori affectu erigunt salutari. Et cum secundum apostolum nulla prorsus hominum merita condigna sint in terris ad ea promerenda que redemptor eorum diligentibus se prestare perpetuo pollicitus est in celis expedit humano generi ut de veritatis-ewangelice consilio celestes amicos acquirat per quorum merita gloriosa suppleatur in ipso quod sibimet deficit ad salutem.

Nos igitur divina nobis administrante clementia voluntatem et karissimi filii nostri Ludovici Dei gratia Regis Francorum illusivis interveniente assensu ob sanctorum oportuna suffragia nobis salubrius acquirenda affectantes decorem domus Domini diligere cum propheta et divinum servicium ampliare in ea ad honorem omnipotentis Dei ac specialiter gloriosissime semper Virginis matris ejus omniumque civium supernorum pro salute anime nostre et animarum clare memorie Alfonsi quondam Regis *Castelle* illustris genitoris nostri et Alienoris Regine uxoris ejus genitricis nostre et karissimi Domini nostri felicis recordationis Ludovici quondam Regis Francorum illustris ac karissimi filii nostri predicti et omnium liberorum nostrorum necnon et omnium antecessorum ac successorum nostrorum quandam abbatiam Monialium cisterciensis ordinis de propriis bonis nostris temporalibus fundavimus et edificari fecimus ac erigi in *Parisiensi* dyocesi iuxta *Pontisaram* in villa quo *Aluctum* antea vocabatur quam quidem abbatiam *Sanctam Mariam regalem* eo quod in honore ac nomine celi Regine fundata est deinceps decrevimus nominandam. Donavimus etiam imperpetuum et concessimus abbatie memorate ac personis ibidem deo servientibus et in posterum servituris locum ipsum cum fundo in quo sita sunt. Monasterium. Dormitorium. Refectorium. Celerium et omnia ac singula edificia infra ambitum murorum contenta cum eisdem edificiis et muris sicuti se porportant circumquaque in latum et in longum dextrorsum ac sinistrorsum : Que omnia acquisieramus de nostris propriis bonis. Volentes et concedentes quod abbatissa et Moniales dicti monasterii predicta omnia et singula ut puram perpetuam et omnino liberam elemosinam ac tanquam rem suam et sui monasterii predicti propriam possideant imperpetuum libere et quicte secundum constitutionem cisterciensis ordinis regularem eisdem monialibus pro vite necessariis deo dante et vita comite in bonis amplioribus provisure. Quod ut robur obtineat perpetue firmitatis presentem paginam rei seriem continentem sigilli nostri munimine duximus roborandam. *Actum. Anno gratie Millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo primo. Mense Martio.*

Grande et belle charte parchemin, de 0.435 larg. × 0.270 haut. Initiale ornée. 20 lignes. — Sceau de la R. Blanche : cire verte, lacs et soie violette : ovale ; 0.09 × 0.068. — Sc. et c. sc. tels qu'ils sont décrits dans la Notice de M. Moutié. — Le bas est un peu endommagé. (Demay. n° 1.)

(Arch. S.-et-O., fonds Maub., carton Demay.)

II

Bulle du Pape Innocent IV exemptant l'Abbaye de payer les dimes novales

(8 Décembre 1243)

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus. *Rothomagensi* Archiepiscopo et ejus ac *Remensis* et *Senonensis* ecclesiarum suffraganeis et dilectis filiis earum officialibus et abbatibus prioribus. Decanis archidiaconis et aliis ecclesiarum prelatis per dictas dioceses constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissoluitur et canonice sententie severitas enervatur ut viri religiosi et hii maxime qui per sedis apostolice privilegia maiori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis injurias sustineant et rapinas dum vix invenitur qui congrua illis protectione subveniat et pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat specialiter autem dilecte in Christo filie. Abbatissa et sorores *monasterii Sancte Marie Regalis* juxta *Pontisaram cisterciensis* ordinis *parisiensis* diocesis que post generale concilium susceperunt ipsius ordinis instituta tam de frequentibus injuriis quam de ipso cotidiano defectu justitie conquerentes. Universitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitari ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores earum prompta debeatis magnanimitate consurgere quod ab angustiis quas sustinent et pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus quatinus illos qui possessiones vel res seu domos predictarum Abbatisse et sororum irreverenter invaserint aut ea injuste detinuerint que ipsis ex testamenta decedentium relinquuntur seu in ipsas vel earum aliquam contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare vel decimas novalium que propriis sumptibus ex colunt de quibus aliquis hactenus non percepit seu de nutrimentis animalium ipsarum spretis apostolice sedis privilegiis extorquere monitione premissa si Laici fuerint publice candelis accensis singuli vestrum *(sic)* in diocesibus et ecclesiis vestris excommunicationis sententia precellatis. Si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis neutram relaxaturi sententiam donec predictis Abbatisse et sororibus plenarie satisfaciant et tam laici quam clerici seculares qui pro violenta manuum injectione in ipsas vel ipsarum aliquam anathematis vinculo fuerint innodati cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes

ab eodem vincula mereantur absolvi. *Datum Lateranum VI. Idibus Decembris pontificatus nostri anno primo.*

Bulle parchemin, de 0.311 larg. × 0.270 haut. Initiales ornées. — Le sc. manque.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. I.)

III

Bulle du Pape Innocent IV concernant des indulgences pour l'anniversaire de la dédicace de l'église

(9 Décembre 1243)

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Universis Christi fidelibus has litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Si populus Israeliticus qui sub legis umbra vivebat frequenter accedens oraturus ad locum quem elegit Dominus ut ibi poneret nomen suum vota et donaria plurima offerebat tanto fortius populus Christianus cui apparuit benignitas et humanitas salvatoris tenentur Ecclesias in quibus Christus ad abolendum nostrorum criminum corruptelam immortaliter et incorruptibiliter vivens cotidie immolatus congruis honoribus frequentare ac ibidem offerre munera cum animi puritate quanto certiora sunt experimenta rerum quam enigmata figurarum. Cum igitur carissima in Christo filia B. Regina *Francie* illustris *Monasterium Sancte Marie Regalis juxta Pontisaram Parisiensis* diocesis de consulta liberalitate construi fecerit ut pro sua et aliorum salute fidelium serviatur ibidem omnium conditori Vniversitatem vestram monemus et hortamus in Domino ac in remissionem vobis injungimus peccatorum quatinus ad Monasterium ipsum in die dedicationis Ecclesie ipsius et in anniversario dedicationis ejusdem imploraturi a Domino vestrorum veniam delictorum in devotione ac humilitate spiritus accedentes signa ibidem vota et munera pro peccatorum vestrorum remediis offeratis. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia : et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus ac ea quam nobis concessit Dominus auctoritate confisi omnibus qui ad prefatum Monasterium in die dedicationis ejusdem Ecclesie vel infra sequentes novem dies acceperunt : annum unum illuc vero in anniversario dedicationis ipsius et sequentibus; novem diebus annis singulis accedentibus quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer

relaxamus. *Datum Lateranum V idibus Decembris. Pontificatus nostri anno primo.*

Bulle parchemin de 0.315 × 0.29 haut. — Le sc. manque.

IV

Bulle du Pape Innocent IV plaçant les Religieuses sous la protection directe du Souverain Pontife

(11 Décembre 1243)

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatisse et *Conventui* Monasterii Monialium *Sancte Marie Regalis* juxta *Pontisaram cisterciensis* ordinis *Parisiensis* diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Ea propter dilecte in Christo filie vestris justis postulationibus grata concurrentes assensu : personas vestras et Monasterium in quo divino estis obsequio mancipate cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis prestante Domino poteret adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras possessiones et alia bona vestra sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis vobis et per vos Monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignatione omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noveret incursurum. *Datum Lateranum III idibus Decembris. Pontificatus nostri anno primo.*

Bulle parchemin de 0.28 larg. × 0.22 haut. Init. ornée. — Le sc. manque.

V

Lettres du Chapitre général de Cîteaux pour l'affiliation du Monastère

(1244)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis frater Bonefacius abbas *Cistercii* totusque conventus capituli generalis salutem in salutis auctore. Universitati vestre significatione presentium intimamus quod cum domina Blancha illustris Regina *Francie* nobilem abbatiam sanctimo-

nialium que dicitur *Abbatia Beate Marie Regalis juxta Pontisaram* fundasset edificasset et sufficienter dotasset pro remedio anime sue et suorum cupiens in posterum providere quieti et paci dictarum sanctimonialium ibidem Deo servientium. Voluit et humiliter postulavit : quod esset abbatis et conventus *Cistercii* filia specialis. Nos qui leto animo tante Domine precibus annuentes : ordinamus et statuimus ut dicta *Abbatia Beate Marie Regalis* ita pleno jure pertineat ad abbatem et conventum *Cistercii* supradictos : quoad institutionem destitutionem visitationem correctionem et reformationem et omnia alia que pri (?) abbati in sua filia competunt de jure ordinis *cisterciensis*. Quod nulla alia persona in ea jus sibi aliquod valeat vendicare ; in cujus rei testimonium presentes litteras predictis abbatisse et conventui misimus sigilli nostri munimine roboratas. *Actum anno Domini M. CC. quadragesimo quarto. Tempore capituli generalis.*

Charte parchemin de 0.205 larg. × 0.137 haut. — Le sc. manque.

VI

Diplôme du roi Louis IX exemptant l'Abbaye de tout impôt séculier et la plaçant sous la juridiction royale

(Août 1244)

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Ludovicus Dei gratia Francorum Rex Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Prioribus Comitibus Vicecomitibus Baronibus Senescallis Prepositis Justiciariis et omnibus balliuis ministris et fidelibus suis salutem et dilectionem. Cum karissima mater nostra Blancha Dei gratia *Francie* Regina illustris *Abbatiam Beate Marie Regalis cisterciensis* ordinis sitam juxta *Pontysaram* pro remedio anime sue ac anime inclite recordationis Regis Ludovici genitoris nostri necnon et pro salute anime nostre et pro animabus progenitorum suorum construxerit. Volumus et precipimus quod dilecte nostre Sorores predicte abbatie et omnes res et servientes ipsarum suit quiti ab omni exactione et consuetudine seculari et liberum transitum habeant per terram et per aquam in omni loco potestatis nostre. Ita ut de rebus propriis ipsarum quas emerint vel vendiderint vel deportari fecerint ad usus suos proprios vel ad usus edificiorum suorum. Pontagium Pedagium Theloneum Passagium Roagium et modiationem vini vel aliquas alias consuetudines aut seculares exactiones nulli omnino reddere teneantur. Item prohibemus ne aliquis vel res vel homines earum in aliquo vexet vel disturbet quia tam ipsas quam que earum sunt sicut res nostras proprias in manu protectione

et custodia nostra retinemus nec portare ullatemus possemus si quis eas vel bona ipsarum minueret aut vexaret vel libertates illis a nobis concessas quo cumque modo interdiceret vel disturbaret. Prohibemus etiam ne de aliqua possessione sua ponantur in placitum nisi coram nobis aut nostra justicia capitali. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato fecimus communiri. *Actum apud crispiacum anno incarnationis dominice Millesimo Aucentesimo Quadragesimo Quarto.* Mense Augusto Regni vero nostri Anno Octavo decimo. Astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. S. Stephani buticularii. S. Johannis camerarii constabulario nullo.

Charte solennelle parchemin, de o.305 larg. × 315 haut. Les premiers et les derniers mots en capitales : Monogramme royal. — Le sc. manque q.q. restes d'attaches en soie rouge.

(Archives Seine-et-Oise, fonds Maub., cart. 3).

VII

Lettre d'affiliation à l'Ordre de Cîteaux

(Septembre 1244)

Frater B. (Bonefacius) dictus abbas et conventus *Cistercii* dilectis in Christo abbatisse et *conventui Beate Marie Regalis iuxta Pontisaram* salutem et continuos in sancta religione profectus. Cum ad petitionem Domine Blanche illustris Regine *Francie* statuerit capitulum generale ut abbatia vestra quam predicta Regina fundavit nobiliter edificavit et dotavit sit filia cistercii specialis. Nos similiter attendentes piam devotionem predicte Domine vos in curam nostram recipimus. Ita quod in perpetuum ad nos pertineat in omnibus et per omnia visitatio correctio et reformatio domus vestre et cetera que in litteris capituli generalis continentur; in cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem vobis transmittimus presentes litteras sigilli nostri munimine Roboratas. *Actum anno Domini M. CC. quadragesimo quarto. Mense Septembri.*

Petite charte parchemin, de o.187 larg. × o.92 haut. — Le sc. manque.

VIII

Charte de saint Louis autorisant le droit de pâturage de 300 porcs dans les forêts de Resty et de Guise

(Mai 1245)

Ludovicus Dei gracia Francorum Rex. Universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis salutem. Nove ritis quod nos ad peticionem karissime matris nostre Blanche Dei gracia Regine *Francie* illustris *monasterio Sancte Marie Regalis* iuxta *Pontisaram* cisterciensis ordinis quod fundavit eadem karissima mater nostra dedimus et concessimus ut Abbatissa et moniales eiusdem monasterii mittant annuatim imperpetuum in passonam foreste nostre *Restis* et in passonam foreste nostre *Guisie* vel in earum alteram quam maluerint trecentos *(sic)* porcos ab omni pasnagio liberos et immunes. Ut autem hoc ratum et inconcussum per maneat presentes litteras fecimus sigilli nostri munimine roborari. *Actum apud eandem abbatiam. Anno Domini M. CC. Quadragesimo Quinto. Mense Maio.*

Charte parchemin de 0.240 larg. × 0.15 haut. : q.q. lett. ornées. Sc. de Majesté. — c.-sc., une fleur de lys fleuronnée. — Attaches en soie pourpre.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 3.)

IX

Confirmation par Louis IX de la fondation de l'Abbaye

(Avril 1248)

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Ludovicus Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus quod nos litteras karissime matris nostre Blanche Dei gratia Regine Francorum illustris vidimus in hec verba. In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Universis in fide catholica viventibus ad quos presens scriptum perveneris. Blancha Dei gratia Regina Francorum salutem in Domino sempiternam. Sacro sancte Matris ecclesie doctores asserunt quod beatis angelicis spiritibus cedit ad gaudium si renati fonte

baptismatis quos difficile est in presenti seculo nequam incursus evadere delictorum suo se creatori affectu erigunt salutari. Et cum secundum apostolum nulla prorsus hominum merita condigna sint in terris ad ea promerenda que redemptor eorum diligentibus se prestare perpetuo pollicitus est in celis expedit humano generi ut de veritatis Evangelice consilio celestes amicos acquirat per quorum merita gloriosa suppleatur in ipso quod sibimet deficit ad salutem. Nos igitur divina nobis administrante clementia voluntatem et karissimi filii nostri Ludovici Dei gratia Regis Francorum illustris interveniente assensu ob sanctorum opportuna suffragia nobis salubrius acquirenda affectantes decorem domus Domini diligere cum propheta et divinum servitium ampliare in ea ad honorem omnipotentis Dei ac specialiter gloriosissime semper Virginis matris eius omniumque civium supernorum pro salute anime nostre et animarum clare memorie Alfonsi quondam Regis Castelle illustris genitoris nostri et Alienoris Regine uxoris eius genitricis nostre et karissimi Domini nostri felicis recordationis Ludovici quondam Regis Francorum illustris ac karissimi filii nostri predicti et omnium liberorum nostrorum necnon et omnium antecessorum nostrorum et successorum quandam abbatiam monialium *Cisterciensis* ordinis de propriis bonis nostris temporalibus fundavimus et edificari fecimus ac erigi in *Parisiensi* dyocesi iuxta *Pontisaram* in villa que *alnetum* antea vocabatur quam quidem abbatiam *Sanctam Mariam regalem* eo quod in honore ac nomine celi Regine fundata est deinceps decrevimus nominandam. Donavimus etiam in perpetuum et concessimus abbatie memorate ac personis ibidem deo servientibus et in posterum servituris locum ipsum cum fundo in quo sita sunt monasterium, Dormitorium, Refectorium, Celerium et omnia ac singula edificia infra ambitum murorum contenta cum eisdem edificiis et muris sicuti se proportant circumquaque in latum et in longum dextrorsum ac sinistrorsum. Que omnia acquisieramus de nostris propriis bonis volentes et concedentes quod abbatissa et moniales dicti monasterii predicta omnia et singula ut puram perpetuam et omnino liberam elemosinam ac tanquam rem suam et sui monasterii predicti propriam possideant imperpetuum libere et quicte secundum constitutionem cisterciensis ordinis regularem eisdem monialibus pro vite necessariis deo dante et vita comite in bonis amplioribus provisure. Quod ut robur obtineat perpetue firmitatis presentem paginam rei seriem continentem sigilli nostri munimine duximus roborandam. Actum anno gratie Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Primo. Mense Marcio.

Nos autem predicte karissime matris nostre piam devotionem attendentes volentesque suorum effici participes meritorum gratum voluntati ipsius prebemus assensum et predictam fundationem, Edificationem, Erectionem dicte abbatie et donationem loci ac fundi in quo sita est et omnium ac singulorum edificiorum infra clausuram et ambitum murorum contentorum cum eisdem clausuris et muris. Laudamus volumus et concedimus prout in presenti pagina sunt expresse ac eas imperpetuum auctoritate regia confirmamus. Preterea cum

suadente maligno spiritu nonulli quandoque contra monasteria et ecclesiasticas personas eo immanius seviunt quo ex fragilitate sexus eis est imbecillior potentia repugnandi volumus concedimus et presenti privilegia statuimus ut monasterium predictum abbatissa et moniales eiusdem cum omnibus edificiis predictis et quibuscumque aliis bonis suis acquisitis ac in posterum acquirendis sub protectione nostra et tuitione imperpetuum immediate permaneant et si forte successu temporis territorium in quo dicta abbatia sita est ad aliud dominium casu aliquo transferretur nichilominus volumus et statuimus quod eadem abbatia cum omnibus bonis suis sub defensione nostra et omnium francie regum qui pro tempore fuerint immediate semper permaneat et consistat. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato fecimus communiri. Actum *Parisius* Anno incarnationis dominice. Millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo. Octavo. Mense Aprili. Regni vero nostri Anno vicesimo secundo. Astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo, S. Johannis Camerarii. S. Stephani Buticularii. Constabulario nullo.

Grande et belle charte solennelle. Parchem. (0.49 haut. × 43 larg.) — Le sc. manq., il en reste les attaches en soie violette.

(Arch. S.et-O., fonds Maub., carton 34.)

X

Lettres de saint Louis amortissant les biens de l'Abbaye

(Juin 1248)

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Ludovicus Dei gratia Francorum Rex Notum facimus tam presentibur quam futuris quod Nos pro salute anime nostre et animarum felicis recordationis Ludovici quondam Regis Francie genitoris nostri necnon et karissime domine et matris nostre Blanche Francorum Regine illustris ac antecessorum nostrorum. Concedimus abbatie *beate Marie Regalis* iuxta *Pontisaram Cisterciensis* ordinis quam fundavit karissima domina et mater nostra predicta et abbatisse et monialibur ibidem deo servientibur quecumque ipse de feodo nostro sive dominio vel censu nostro in terris vineis pratis nemoribus fontibus domibus pascus sive aliis quibuscumque possessionibus vel rebus aliis titulo donationis sive emptionis sive ex legatione testamentorum vel quocumque alio modo ex elemosinis a

baronibus militibus clericis et laicis sive a quibuscumque personis usque ad presentem diem acquisiverunt in manu mortua imperpetuum possidenda. Preterea concedimus eisdem ut quecumque in futurum usque ad valorem quingentarum librarum annui et perpetui redditus de feodo nostro sive dominio sive censu aliquo predictorum modorum poterunt acquirere in manu mortua teneant et imperpetuum possideant salvo iure alieno et salvis censibus et justiciis et aliis redditibus quos habemus in censivis quas acquirent et excepto quod non possint acquirere in civitatibus et castris nostris nisi unam domum vel duas ad usus suos in qualibus civitate vel castro. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato fecimus communiri. Actum *Parisius* Anno Incarnationis dominice. Millesimo. Ducentesimo. Quadragesimo. Octavo. Mense Junio. Regni vero nostri Anno vicesimo secundo. Astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. Dapifero nullo. S. Stephani buticularii. S. Johannis camerari. Constabulario nullo.

Charte solennelle. Parch. o.36 h. × o.3o l. — Fragm. de sceau cire verte, att. soie rouge : Le Roi sur le trône. — Cont. sc. à la fl. de Lys.

(Arch. S.-et-O., Maub., cart. 34.)

XI

Bulle d'Innocent IV confirmant le don de la forêt de Breteuil

(Juillet 1249)

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii Sancte Marie Regalis *Cisterciensis* ordinis *Parisiensis* diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est Nos facilem prebere consensum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum igitur sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis carissimus in Christo filius noster Rex *Francie* illustris quandam partem *foreste de Britolio* spectantem ad ipsum vobis et per vos monasterio vestro pia et provida liberalitate donarit *(sic)* prout in litteris Regis exinde confectis plenius dicitur contineri. Nos vestris supplicationibus inclinati quod super hoc ab eodem rege pie ac provide sine alterius preiudicio factum est ratum et gratum habentes auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu

temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum Lugdunum xv kal. augusti. Pontificatus nostri anno septimo.*

Bulle parchemin de 0.283 larg. × 0.229 haut. — Le sc. manque. La 1re initiale ornée.

XII

Bulle d'Innocent IV consentant à ce que les Dames de Maubuisson jouissent de tous les privilèges et indulgences accordés à l'Ordre de Cîteaux.

(4 Mars 1250)

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus abbatisse et conventui monasterii SANCTE MARIE *Pontisarensis Cisterciensis* ordinis *Parisiensis* diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Religionis vestre meretur honestas ut petitionibus vestris quantum cum Deo possumus favorabiliter annuamus. Hinc est quod nos vestris devotis supplicationibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus ut omnibus privilegiis et indulgentiis Cisterciensi ordini ab apostolica sede concessis nobis competentibus uti libere valeatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum Lugdunum iiij non. martii. Pontificatus nostri anno octavo.*

Bulle parchemin, de 0.30 larg. × 0.230 haut. — Le sc. manque. La 1re init. ornée.

XIII

Bulle d'Innocent IV confirmant les exemptions de l'Abbaye

(8 Novembre 1250)

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatisse ac conventui monialium monasterij BEATE MARIE REGALIS iuxta *Pontisaram* Cisterciensis ordinis Parisiensis diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica pijs votis et honestis

petentium precibus favorem benivolum impertiri. Ea propter dilecte in Christo filie vestris justis precibus inclinati ut de blado vino lana lignis lapidibus et aliis que aliquotiens pro utilitatibus vestris emere vel vendere aut ad aliqua loca per terram vel per aquam vos deferre contigerit nulli pedagia ninoagia seu Roagia vel alias exactiones et consuetudines seculares teneamini solvere auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum Lugdunum vj idibus Novembris. Pontificatus nostri anno octavo.*

Bulle parchemin de 0.287 larg. × 0.228 haut. — Initiales ornées. — Bulle plomb sur lacs de soie rouge et jaune : A. les effigies de saint Pierre et saint Paul. R. Innocentivs. pp. IIII.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., carton 1.)

XIV—XV—XVI

Bulles du même Pape

(8 Novembre 1250)

Droict de perceuoir les dixmes des terres novales, à la mesme quotité des antiens dixmes accordé aux Religieux de Cysteaux. (Bulle d'Innocent IV.)

..... « C'est pourquoy très chers Enfans au Seigneur, inclenans à vos iustes prières, par L'autorité des présentes, Nous consentons que dans les Paroisses où vous estes en droict de perceuoir les antiennes dixmes, Vous perceuiez aussy la dixme des terres nonales à la mesme cotité et portion des anciennes, pourueu que iusqu'à présent aucun n'en ayt rien receu » .....

(8 Novembre 1250)

Il est deffendu aux Evesques d'excommunier les seruiteurs, domestiques, familiers et suietz de L'ordre de Cysteaux. (Bulle du même.)

(9 Novembre 1250)

Il est deffendu aux Juges déleguez du sainct Siége de se seruir du Religieux de l'ordre de Cysteaux pour prononcer sentence d'Excommunication. (Bulle du même.)

(Pièces perdues, indiquées seulement au Cartulaire de 1668.)

XVII

Bulle d'Innocent IV contre les exactions provenant de l'abus du droit de patronage

(9 Novembre 1250)

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis ABBATI CISTERCII et Universis coabbatibus eius Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Quia refrigescente caritate multorum adeo iniquitas habundavit ut quorundam successa velut ignis impietas contra ecclesias et personas ecclesiasticas tanto validius inflammetur quanto rariores qui eas tueantur contra pravorum incursus iuvenit obiectores. Nos quibus ipsarum cura et sollicitudo incumbir ibi fortius insurgere cogimur ubi persecutorum immanitas periculo suis exardescit. Sicut enim nobis ex parte vestra gravis est ablata querela nonulli principes ac nobiles occasione iuris patronatus advocatie seu custodie quam in monasteriis grangiis cellarijs vel domibus vestris se habere proponunt ac interdum etiam pro sue libito voluntatis et quidam ecclesiarum prelati a quibus deberetis non gravamen sed solamen potius expectare bladum vinum evectiones animalia et res alias pro edificatione ac munitione castrorum et villarum necnon pro Tyrociniis torneamentis expeditionibus et aliis usibus eorumdem a vobis exigunt et extorquent alias vos talliis et exactionibus indebitis multipliciter aggravando. Preterea quidam ex ipsis et alii carnes comedere in vestris domibus ac mulieres etiam easdem domos ingredi contra instituta vestri ordinis non verentur propter quod et quies monastici ordinis perturbatur et grave commissis vobis monasteriis imminet detrimentum. Quare nobis humiliter supplicastis ut super hiis paterna providere sollicitudine curaremus. Nos igitur et vestre providere quieti et molestantium malitiis obviare volentes auctoritate presentium districtius inhibemus ne quis a vobis premissa exigere vel extorquere aut in vestris domibus uti carnibus seu mulier aliqua eas intrare presumat contra ipsius ordinis instituta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum Lugdunum v idibus Novembris. Pontificatus nostri anno octavo.*

Bulle parchemin de 0.330 larg. × 0.272 haut. — Bulle de plomb sur lacs de soie rouge et jaune, comme au n° XIII. Initiale ornée.

(Arch. S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XVIII

Bulle du même Pape au sujet des dîmes

(9 Novembre 1250)

Il est deffendu aux Curés de prendre la dixme tant sur les possessions que les Religieuses de M. possedoient avant le Concile gén[l] de Latran, que des terres novales aquises depuis led. Concile, etc. (Bulle du même.)

« ..... Comme Nous auons souuent appris par les grosses plaintes qui nous en ont été faittes par nos chères filles en J. C. L'abbesse et les sœurs du Monastère de Nostre Dame la Royalle proche de Pontoise ordre de Cysteaux diocèse de Paris, quelques curez et autres clercs faisans vn mépris téméraire de leurs priuiléges, ou s'efforçans d'en peruertir malitieusement le sens, ne laissent pas de les inquiéter en beaucoup de différentes manières..... »

(Pièce perdue.)

XIX

Bulle d'Innocent IV où sont énoncés, fort au long, la plupart des privilèges de l'Abbaye

(23 Novembre 1250)

« Innocent Euesque, seruiteur des seruiteurs de Dieu. — A nos chères filles en J. C. L'abbesse du monastère de Nostre Dame la Royalle près de Pontoise et les Sœurs tant présentes que futures faisans profession de la vie religieuse à perpétuité. Il est conuenable que le Siège Apostolique fauorise les personnes qui ont fait choix de la vie claustrale, de peur que les malueillans ne les retire de leur profession, ou que la Religion ne souffre quelque déchet. C'est pourquoy chères filles en J. C. Nous nous rendons uolontiers à vos justes demandes, et receuons sous la protection de S[t] Pierre et de la nostre le monastère de la Mère de Dieu et de Nostre Dame la Royalle prez de Pontoise diocèse de Paris, dans lequel vous vous estes consacrez au seruice de Dieu. Ce que Nous appuyons à la faueur de la présente bulle. — Ordonnons premièrement que l'ordre monastique estably selon Dieu, la Règle de s[t] Benoist et l'Institution des frères de Cysteaux et qui après le Concile général a esté par vous embrassée soit tousiours à l'aduenir inuiolablement gardée. De plus

que touttes les possessions et tous les biens que par l'ayde de Dieu le Monastère possède à présent ou possèdera à l'aduenir iustement et canoniquement, par la concession des Souuerains Pontifes, dons des Roys et des Princes, aumosne des fidèles, ou par d'autres iustes moyens, demeurent fermement et entièrement tant à vous qu'à celles qui vous succèderont. Entre lesquels biens Nous auons iugé à propos de spécifier icy le nom d'aucuns. Le lieu où est situé ledit Monastère auec touttes ses appartenances, prez, vignes, terres, forests, usages et pasturages en bois ou en friche, eaux, moulins, chemins, voyes auec touttes leurs franchises et immunitez. Que nul ne présume d'exiger de vous ni d'extorquer les dixmes novales des terres que vous faittes façonner à vos despens, pourueu que personne iusqu'à présent n'en ayt rien receu, soit des jardins et vergiers, pescheries et des bestiaux. Qu'il vous soit aussi permis de receuoir à la conuersion et de retenir sans aucun empêchement touttes les personnes libres et dégagées, lesquelles voudront renoncer au monde. Nous deffendons aussy qu'il soit permis à l'Abbesse ou à aucune des Sœurs de sortir après leur profession du monastère sans permission; voulons qu'il ne soit loisible à personne de retenir celle qui en seroit sortie sans lettres de congé. Mais nous deffendons plus estroittement de donner à qui que ce soit, ou autrement aliéner aucune terre ou bien qui auroit esté donné au Monastère sans le consentement de tout le chapitre ou au moins de la plus grande et plus saine partie. Que s'il arriuoit que telles donations ou aliénations fussent faittes autrement qu'il ne vient d'estre dict, Nous les cassons et annulons. De plus par autorité apostolique, Nous deffendons qu'aucun Euesque ou autre personne vous puisse contraindre de vous trouuer aux synodes ou assemblées publiques, ny de recognoistre le iugement séculier touchant vos possessions et héritages, n'y qu'il puisse aller en vos maisons pour y administrer les ordres, y traitter d'affaires ou bien y conuoquer des synodes, ny d'empêcher que l'election de vostre Abbesse soit faitte selon la Règle, ny s'immiscer aucunement contre les statuts de l'ordre de Cysteaux pour l'institution ou destitution de celle qui auroit esté eleüe. Pour les consécrations des Autels et des Eglises, soit qu'on y employe l'huile saincte ou quelques autres cérémonies Ecclésiastiques, qu'aucun soit si hardy de rien exiger de vous sous prétexte de coustume ou autrement, mais que l'Euesque diocésain fasse tout cela gratuitement, autrement qu'il vous soit loisible de faire exercer ces choses par celuy des Euesques qu'il vous plaira, pourvueu qu'il soit dans la grace et communion du sainct Siège, lesquels offices il vous rendra comme nostre délégué. Durant la vacance du siège Episcopal, vous pourrez librement et sans contrainte recevoir les sacremens de l'Eglise d'un Euesque voisin, en sorte néantmoins que cela ne pourra porter aucun préiudice à l'aduenir à l'Evesque diocésain. Et parce qu'il arriue quelquefois que vous ne pouuez pas facilement auoir recours à vostre Euesque, vous pourrez vous seruir d'un autre Euesque bien cogneu et de la communion Romaine pour la bénédiction des Moniales, des vases, des veste-

mens et des consécrations d'autels. De plus s'il arriuoit que des Euesques ou autres personnes prononçassent sentence d'excommunication, suspension ou d'interdict contre vostre Monastère ou contre les personnes qui y demeurent, voire contre vos gens, soit pour raison des décimes que vous ne payez pas comme il a esté dict, soit à l'occasion des priuilèges et des grâces qui vous ont esté accordées du sainct Siège, ou contre vos bienfaicteurs pour raison des biens qu'ils vous auroient aumosnez ou des seruices charitablement rendus, ou contre ceux qui vous auroient aydé à trauailler ès iours qui vous sont permis de trauailler, quoyque deffendus aux autres, Nous cassons et annulons ces sortes de sentences comme estants rendües contre les indults et priuilèges apostoliques. Et que touttes les lettres ou patentes qui ne porteront point le caractère de l'ordre de Cysteaux ou qui seront contre les grâces et concessions du sainct Siège, soyent de nulle valeur. Il vous est aussi permis de célébrer les diuins offices dans votre Monastère durant le temps d'un interdict public, à l'exclusion touttefois des Excommuniez et des interdicts. Désirans aussy par les témoignages d'un soin paternel pouruoir à l'aduenir à vostre paix et tranquillité, de l'autorité Apostolique nous deffendons qu'aucun dans l'enclos de vos maisons et de vos granges ose ny commettre larrecin, ny mettre le feu, ny répandre le sang humain, ny arrester prisonnier, ny tuer ny commettre aucune violence. De plus nous confirmons par autorité apostolique et affermissons à la faveur de la présente bulle touttes les franchises et immunitez qui ont esté accordées à vostre ordre par les Pontifes romains nos prédécesseurs, et les franchises des exactions séculières que les Roys, les Princes et les autres fidèles vous ont raisonnablement octroyez. Nous ordonnons enfin qu'il ne soit permis à aucun de troubler témérairement ledit Monastère, ny de rauir ses héritages, ny de retenir ceux qui leur auroient esté enlevez, ny de les diminuer, ny de les détériorer en aucune sorte. Mais voulons que touttes choses vous soyent entièrement conseruées, ayant esté données pour vostre entretien et nourriture, de façon qu'elles soyent employées à vos usages et nourriture et autres commoditez, Sauf en tout l'autorité du Siège Apostolique. Que si, à l'aduenir aucune personne ecclésiastique ou séculière a la témérité de faire rien qui soit contraire à nostre présente constitution, et estant auertie ne satisfait poinct à la fautte qu'elle auroit commise, après deux ou trois monitions qu'elle soit priuée de la puissance et honneur dont elle iouyssoit et recognoisse qu'au iugement de Dieu elle est grandement coupable de cette méchanceté. Qu'elle soit séparée du corps et du sang de Jésus-Christ nostre rédempteur et qu'elle soit liurée à la vengeance diuine au jour de son iugement dernier. Mais que la paix de nostre Seigneur Jésus-Christ soit aux personnes qui conserueront audict Monastère les droits et ce qui luy appartient, afin qu'en ce monde elles recoiuent le fruict de leurs bonnes actions et trouvent en l'autre la récompense d'une paix qui n'aura iamais de fin. Donné à Lyon par la main de M. Marin, vice-chancelier de la Saincte Eglise Romaine le neufiesme des

kalendes de décembre, indiction neufiesme et de l'Incarnation du Seigneur mil deux cens cinquante et du Pontificat du Pape Innocent quatriesme l'an huictiesme. »

(Original perdu. — Traduction du Cartulaire de 1668.)

XX

Bulle du Pape Innocent donnant force nouvelle à touttes les franchises et immunités accordées à l'ordre de Cysteaux par ses prédécesseurs

(8 Novembre 1250)

(Pièce perdue.)

XXI

Bulle d'Innocent IV réservant aux abbés de Cîteaux la visite du monastère

(5 Novembre 1250)

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Abbati *Cistercii* eiusque coabbatibus et conventibus vniuersis Cisterciensis ordinis salutem et apostolicam benedictionem. Thesauro virtutum sic preclara vestra religio suum semper astrincxit affectum quod habetur et in conspectu Regis eterni placita et in oculis hominum gratiosa. Ipsa quidem ut columba mitis et humilis et electa domini specialis pulchra per totum aspicitur omnem a se rugam enormitatis abiciens et maculam deformitatis excludens. Vigilantibus illis qui paterne sollicitudinis in ea gerunt officium quod ibidem nulle possint vitiorum spine succrescere : sed ipsi florem honoris et fructum honestatis immarcescibili polleat ubertate. Propter hunc etenim sancte operationis effectum numquam ordo vester officio aliene visitationis indiguit vel correctionis sed de ipso aliquibus aliis reformationis beneficium ex providentia Sedis apostolice iam provenit. Cum itaque nos qui ex huiusmodo virtuosis actibus spiritu in domino exultamus claris agnoscamus indiciis dictum ordinem esse aliis recte iure speculum et salutis et conversationis exemplum quod ipse sicut olim sic et in posterum ab eiusdem dumtaxat abbatibus ac Monachis idoneis quos vos filii abbates provideritis deputandos et a nullo alio visitari possit aut corrigi..... presentium dux..... statuendum eadem auctoritate nichilominus decernentes ut si aliquid contra statutum huiusmodi a quoquam propria extiterit temeriter presumptum sit irritum et inane. Et si forte alique

sententie in vos occasione huiusmodi prolate fuerint nullum robur obtineant firmitatis. Mandato sedis apostolice semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum Lugdunum..... novembris. Pontificatus nostri anno octavo.*

Bulle parchemin de 0.340 larg. × 0.290 haut. — Ecrit. nette et ferme, effacée par places. — Bulle de plomb, lacs de soie rouge et jaune. A. les têtes de saint Pierre et de saint Paul : S. PA. S. PE.

INNO

R. CENTIVS

P̂P̂. IIII

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XXII à XXVIII

(5 Novembre 1250)

Bulle du mesme par laquelle les Religieux de Cysteaux sont exemps de la jurisdiction des Euesques.

(7 Novembre 1250)

Bulle du mesme par laquelle il est deffendu aux Euesques de troubler les religieux de Cysteaux dans la jouyssance de leurs priuilèges.

(3 Décembre 1257)

Bulle d'Alexandre IV confirmant tous les priuilèges de Maubuisson. — (C'est-à-dire de l'ordre de Cîteaux, car il n'est nullement fait mention dans cet acte de l'abbaye de Maubuisson).

(Juillet 1257)

Vidimus d'une bulle d'Alexandre IV qui exempte les Religieux de Cysteaux de la jurisdiction des ordinaires.

(13 Juin 1260)

Il est deffendu aux Religieux de Cysteaux d'appeller à d'autres juges qu'à ceux de l'ordre (Bulle d'Alexandre IV).

(19 Juillet 1260)

Bulle du même deffendant aux Euesques de prétendre aucun droict de visite ny de Procvration dans les Abbayes de Cysteaux.

(8 Décembre 1260)

Confirmation des priuilèges de l'ordre de Cysteaux par Alexandre IV.

(Pièces perdues.)

XXIX

Bulle d'Urbain IV réduisant à 140 le nombre des personnes résidant dans l'Abbaye

(13 Novembre 1262)

URBANUS episcopus servus servorum dei. Dilectis in christo filiabus. Abbatisse et conventui monasterij SANCTE MARIE REGALIS Cisterciensis ordinis Parisiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est Nos facitem prebere consentum et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere : Petitio siquidem vestra nobis exhibita continebat quod dilectus filius noster. G. *tituli sancti Laurentij in lucina presbiter cardinalis* tunc abbas *Cistercij* prout spectabat ad eum in monasterio vestro facultatum ipsius tennitate pensata *centum et quadraginta* numerum personarum duxit diligenti deliberatione prehabita statuendum prout in patentibus litteris eius confectis exinde, Suoque sigillo signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati quod ab eo super hoc proinde factum est ratum et firmum habentes id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus districtius inhibentes ne de cetero aliqua ultra dictum numerum in monasterio recipiatur eodem. Mandato sedis apostolice semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum apud Vrbem veterem Idibus nouembris pontificatus nostri anno secundo.*

Bulle parchemin de 0.30 larg. × 0.225 haut. — Ecrit. nette et ferme. — Le sc. manque. — Qq. lettres ornées très modérément.

(Archives S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XXX

Bulle d'Urbain IV pour l'exemption des péages et autres droits

(17 Novembre 1262)

URBANUS episcopus servus servorum dei. Dilectis in christo filiabus. Abbatisse et conventui monasterii SANCTE MARIE REGALIS *Cisterciensis* ordinis *Parisiensis* diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre ac carissimi in Christo filii nostri. Regis *Francie* et carissime in Christo filie nostre. Regine *Navarre* Illustrium pro vobis cum instantia supplicantium precibus inclinati auctoritate presentium districtius inhibemus ne quis de blado vino lana lignis lapidibus et rebus aliis que aliquotiens non mercimonii gratia sed pro vestris usibus emere vos contigerit vinagia roagia pedagia vel alias exactiones seu seculares consuetudines que de talibus a laicis exiguntur exigere vel extorquere presumat concedentes vobis quod de illis premissa non teneamini personis aliquibi mundanis vel ecclesiasticis exibere nec ad id compelli possitis invite per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum apud Vrbem veterem* XV *kal Decembris. Pontificatus nostri anno secundo.*

Bulle parchemin de 0.295 larg. × 0.214 haut. — Ecrit. nette et ferme. — Le sc. manque. — Qq. initiales très simples.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XXXI

Bulle d'Urbain IV concernant les biens hérités par les religieuses

(17 Novembre 1262)

URBANUS episcopus servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus. Abbatisse et conventui monasterii Regalis iuxta *Pontiseram* ordinis *Cisterciensis Parisiensis* diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Devotionis vestre necnon carissimi in Christo filii nostri Regis *Francie* ac carissime in Christo filie nostre Regine *Navarre* illustrium precibus inclinati presentium vobis auctoritate concedimus ut possessiones et alia bona mobilia et immobilia que liberas personas surorum vestrarum mundi relicta vanitate

ad vestrum monasterium convolantium et professionem facientium in eodem iure successionis vel alio iusto titulo si remansissent in seculo contigissent et que ipse potuissent libere aliis erogare rebur feudalibus dumtaxat exeptis valeatis petere recipere ac etiam retinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum apud Vrbem veterem* XV *ka. Decembris. Pontificatus nostri anno secundo.*

Bulle parchemin de 0.295 larg. × 0.20 haut. — Ecrit. nette et ferme. — Le sc. manque. — Qq. initiales assez simples.

(Archives S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XXXII

Bulle d'Urbain IV dispensant l'Abbaye de recevoir des pensionnaires à titre onéreux pour elle

(5 Décembre 1262)

URBANUS episcopus servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus. Abbatisse et conventui monasterij *sancte Marie Regalis cistertiensis* ordinis *Parisiensis* diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Uestre pacis querentes comodum et quictis illa vobis libent et concedimus per que materia submota gravaminis status vestri tranquillitas procuretur. Ninc est quod nos vestris et carissimi in christo filii nostri. Regis *Francie* et carissime in christo filie nostre. Regine *Navarre* illustrium supplicationibus inclinati. Vobis auctoritate apostolica indulgemus ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus vel pecunie summa sive beneficiis ecclesiasticis nulli teneamini providere nec compelli possitis invite per litteras apostolice sedis vel legatorum eius nisi ecdem apostolice littere plenam et expressam de indulto huiusmodi fecerint mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ansu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum presentibus post triennium minime valutuaris. *Datum apud Urbem veterem nonis Decembris. Pontificatus nostri anno secundo.*

Bulle parchemin de 0.255 larg. × 0.185 haut. — Ecrit. assez fine et nette. — Qq. initiales. — Le sc. manque.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. .1)

XXXIII

Indult de Clément IV exemptant l'Abbaye de tout impôt

(2 Septembre 1267)

CLEMENS episcopus servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus. Abbatisse et conventui monasterii BEATE MARIE REGALIS iuxta *Pontisaram* cisterciensis ordinis Parisiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Personas que mundo relicto ad celesta totis intendunt affectibus pro illius reverentia cuius specialitet inherent obsequiis contra gravamina quibus possent impeti digne favoris prosegimus presidio specialis ut eo devotius quo quictius pacis actori valeant familiari. Ninc est quod nos vestris supplicationibus benignum impertientes assensum ut ad prestationem alicuius decime vel vicesime ant exhibitionem exactionis subventionis sive subsidii cuiuslibet sen ad contribuendum in hiis ad cuius vis persone vel loci utilitatem erpro quocumque negosio eadem sint concessa vel imposterum concedentur per litteras sedis apostolice impetrandas minime teneamini ned ad id cogi possitis nisi forsan ecdem impetrande littere plenam et expressam de hoc indulto fecerint mentionem auctoritate vobis presentium indulgemus decernentes nichilominus inane ac irritum si contra huiusmodi tenorem indulti secus a quoquam fuerit attemptatum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et constitutionis infringere vel ei ansu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum viterbii un non Septembris. Pontificatus nostri anno tercio.*

Bulle parchemin de 0.31 larg. × 0.225 haut. — Ecrit. nette et ferme. — Initiale ornée et qq. capitales. — Le sc. manque. — (Cette charte est en double exemplaire).

(Archives S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XXXIV

Bulle réduisant le nombre des Religieuses à cent quarante

(2 Septembre 1267)

CLEMENS episcopus servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus. Abbatisse et conventui monasterij BEATE MARIE REGALIS iuxta *Pontisaram cisterciensis* ordinis *Parisiensis* diocesis salutem et apostolicam

benedictionem. Ne alicuius pretextu superflui circa pie vide studium cui sollicitam assidue datis operam impediri possitis aliquatenus vel turbari libenter provisionis apponimus consilium quod ad hoc vobis precipimus oportunum. Hinc est quod nos carrissimi in Christo filii nostri. Regii *Francorum* illustris qui vos ac monasterium vestrum sincere in domino caritatis affectu prosequitur ac boni status vestri ac pacifici zelator est precipu us postulationibus gradum impertientes assensum. CENTUM ET QUADRAGINTA monialium numerum quem considerata facultatum predicti monasterii exigentia nostris amibus exposita ipsius monasterij conditioni convenive putamus in eodem monasterio presentium auctoritate taxantes eadem auctoritate traduimus ut collegium vestrum huiusmodi numerum quo monasterium ipsum contentum esse volumus cum ad illum devenerit non excedat decernentes inane ac irritum si secus fuerit attemptatum nisi forsan monasterii prelibati adeo excreverint facultates quod numerum ipsum merito exigant augmentari. Mandato sedis apostolice semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel ei ansu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum viterbij un non Septembris. Pontificatus nostri anno tertio.*

Bulle parchemin de 0.30 larg. × 0.23 haut. — Ecrit. nette et ferme. — Qq. initiales. — Le sc. manque.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XXXV

Bulle réduisant le personnel de Maubuisson à cent vingt

(23 mai 1268)

CLEMENS episcopus servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus. Abbatisse et conventui Regalis monasterii SANCTE MARIE iuxta *Pontisaram* cisterciensis ordinis Parisiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Licet cultum divini nominis potius ubilibet ampliari quam diminui cupiamus tamen religiosorum locorum interdum qualitate pensata certum numerum personarum in eis digne decrevimus statuendum ut consideratis eorum facultatibus persone de gentes in ibi valeant commode sustentari et impendere landabilem virtutum domino famulatum. Cum itaque sicut accepimus monasterium vestrum personarum in ipso degentium multitudine sit gravatum. Nos in hac parte sollicitudinis apostolice remedium adhibentes vestris supplicationibus inclinati monasterium ipsum ad numerum centum et

viginti personarum ex quibus centum sint moniales te filia abbatissa computata et viginti tam presbiteri quam religiosi conversi et converse duximus auctoritate apostolica redigendum. Non obstante quod ibidem maior personarum numerus olim extitit ut dicitut institutus ac volumus et fraduimus ut monasterium ipsum predicto centum viginti personarum numero cum ad illum devenerit sit contentum nichilominus inhibentes ne aliqua vel aliquis de cetero ultra dictum numerum in monasterio recipiatur eodem nisi adeo ipsius excreverint facultates quod illum merito exigant augmentari. Mandato sedis apostolice semper salvo. Nulli ergo omnino hominun liceat hanc paginam nostre constitutionis et inhibitionis infringere vel ei ansu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum viterbij x kal. junij. Pontificatus nostri anno quarto.*

Bulle parchemin de 0.371 larg. × 0.245 haut. — Ecrit. assez nette et rapide. Lettre init. ornée. Qq. capitales. — Cette bulle est en double.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XXXVI

Vidimus de la Charte solennelle du mois d'Août 1244

(Février 1269)

Charte parchemin de 0.378 larg. × 0.275 haut. — Gr. écriture carrée. Le sc. manque.

(Arch. de S.-et-O., fonds Maub., cart. 3.)

XXXVII

Adieux de Saint Louis aux Dames de Maubuisson, à son départ pour la dernière Croisade

(Mars 1270, n. st.)

LUDOVICUS Dei Gratia Francorum Rex. Universis ad quos littere presentes pervenerint salutem. Notum facimus quod nos dilectis nostris Abbatisse et conventui *B. Marie Regalis juxta Pontisaram* quam pie recordationis karissima domina et mater nostra B. quondam Francie regina fundavit, divini amoris intuitu et pro remedio ipsius anime nostre pie genitricis ac nostre, totale debitum in quo nobis tenebantur ex quacumque causa usque ad presentem diem, qua visitavimus eas ultimo vale dicentes et in procinctu

assumpti transmarini itineris existentes, omnino remittimus et quittamus eisdem. In cujus rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum in eadem abbatia. *Anno Dni m° cc°. Sexagesimo nono, mense marcio.*

Petite charte parchemin de 0.154 larg. × 0.130 haut. — Ecrit. cursive assez menue. — Le sc. manque.

(Arch. de S.-et-O., fonds Maub., cart. 3.)

XXXVIII

Concession royale dans la forêt de Halatte

(Février 1272)

Philippus dei gracia Francorum rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod cum dilecte nobis in Christo. Abbatissa et conventus monialium *beate Marie Regalis* iuxta *Pontisaram* haberent et perciperent ac percipere deberent imperpetuum ex dono inclite recordationis precarissimi domini et genitoris nostri Ludovici Francorum Regis pro ut in suis patentibus litteris vidimus contineri septem quadrigatas ad tres equos bosci ad ardendum tam vivi videlicet quam mortui in foresta nostra *Alathe* singulis septimanis per livreiam forestarii foreste predicte. Nos de assensu et voluntate predictarum Religiosarum ordinavimus in hunc modum videlicet quod dicte Religiose habebunt et percipient de cetero imperpetuum quibus libet septimanis in eadem foresta in venda propinquiori fluvio *Ysare* per Livreiam Ballivi qui ibidem pro tempore fuerit. Aut si venda non sit ibi in alio loco eiusdem foreste dicto fluvio propinquo cum nostro incommodo minori per Livreiam forestarii qui pro tempore fuerit ibidem scilicet pro qualibet predictarum septem quadrigatarum bosci quinque mollas bosci vivi et mortui de quibus mollis ligna debent esse longitudinis duorum pedum et dimidii et tenebuntur ballivus et forestarius nostri qui pro tempore ibidem fuerint predictis Religiosis mulieribus vel earum mandato predictas quinque mollas bosci vivi et mortui pro qualibet quadrigata liberare mollatas fideliter et paratas nostris sumptibus et expensis in foresta supradicta. Poterunt autem dicte Religiose predictas mollas bosci capere in dicta foresta sicut superius est expressum quocumque tempore voluerint et sibi viderint expedire. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. *Actum apud sanctum Germanum in laia. Anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo mense februario.*

Charte parchemin de 0.30 larg. × 0.257 haut. — Ecrit. nette et large. — Le sc. manque.

(Archives S.-et-O., fonds Maub., cart. 3.)

XXXIX—XL

(4 Mars 1273)

Grégoire dixiesme confirme tous les privilèges, franchises et immunitez de l'abbaye de M.

(28 Octobre 1274)

Le mesme pape exempte tous les Monastères des Religieuses de Cysteaux de payer la décime establie par le Concile de Lyon 1274 an mois de may pour le recouurement de la terre saincte.

(Pièces perdues.)

XLI

Bulle de Jean XXI confirmant les biens du Monastère

(7 Octobre 1276)

JOHANNES episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatisse et conventui monasterii *beate Marie Regalis* iuxta *Pontisaram cisterciensis* ordinis *Parisiensis* diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod justum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in domino filie vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipate cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci sub beati PETRI et nostra protectione suscipimus. Specialiter antem terras domos possessiones et alia bona vestra sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis vobis et per vos vestro monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentes scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum viterbij Nonis octobris pontificatus nostri anno primo.*

Bulle parchemin de 0.165 larg. × 0.190 haut. — Ecriture rapide et nette. — Le sc. manque.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XLII

Bulle de Nicolas III confirmant les immunités de Maubuisson

(5 Avril 1277)

NICOLAUS episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatisse et conventui *monasterij beate Marie Regalis* iuxta *Pontiseram* cisterciensis ordinis Parisiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a vobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecte in domino filie vestris iustis supplicationibus inclinati omnes Libertates et jmmunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus per privilegia sen aliar indulgentias vobis et monasterio vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et principibus ac aliis christi fidelibus rationabiliter vobis et predicto monasterio indultas sicut eas juste ac pacifice obstinetis vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ansu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum Rome apud sanctum Petrum. Nonis Aprilis. Pontificatus nostri anno primo.*

Bulle parchemin de 0.270 larg. × 0.19 haut. — Ecrit. nette et ferme. — Qq. initiales. — Le sc. manque.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XLIII

(13 Janvier 1281)

Confirmation des mesmes privilèges par le Pape Martin Quatriesme.

XLIV

Confirmation de la Charte solennelle de Saint Louis par Philippe III

(Octobre 1281)

Charte parchemin de 0.310 larg. × 0.312 haut. — Sc. de majesté en cire verte, rond 0.095. — C. sc. écu chargé de 10 fleurs de lis, 4, 3, 2, 1.

(Arch. S.-et-O., fonds Maub., cart. 3.)

XLV

Bref d'Honorius IV pour la restitution des biens de l'Abbaye

(11 Juillet 1285)

HONORIUS episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio WILLELMO DICTO MALAKIN canonico ecclesie de *sancto quintino noviomensis* diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectarum in Christo filiarum. Abbatisse et conventui *monasterii beate Marie Regalis* iuxta *Pontisaram cisterciensis* ordinis *Parisiensis* diocesis precibus inclinati presentium tibi auctoritate mandamus quatinus ea que de bonis ejusdem monasterij alicuata inveneris illicite vel distracta ad jus et proprietatem ipsius monasterij legitime revocare procures contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Testes autem qui fuerint vocati si se gracia odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati tesimonium perhibere./ *Datum Tibur/ v idibus Julii. Pontificatus nostri anno primo.*

Charte parchemin de 0.20 larg. × 0.12 haut. — Ecrit. rapide et très abrégée. — Bulle en plomb attachée par une ficelle. A. les effigies de saint Pierre et saint Paul : S. PAPE. R. HONORIVS. P̄P̄. IIII.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., carton 1.)

XLVI

Confirmation par Philippe le Bel du droit de percevoir trente muids d'avoine dans les greniers royaux à Crespy

(Février 1285)

. . . . . « Nous par un motif de pieté et à la prière de nostre chère parente Blanche Abbesse dudict monastère, voulons de notre grace spéciale et octroyons que lesdittes Abbesse et conuent au nom dudict monastère, iouyssent à l'advenir et reçoivent tous les ans dans nosdicts greniers (de Crespy) laditte quantité de trente muids d'avoine mesure de Paris et mesurez par le mesureur iuré de Paris qui portera avec luy la iuste mesure dud. Paris, aux frais de laditte Abbesse et conuent, à la manière qui dans le marché de Paris il est publiquement mesuré aux marchands et autres personnes..... »

XLVII

Amortissement par Philippe IV

(24 Juin 1293)

Ph. Dei gratia Francorum Rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod nos Abbatisse conventui et monasterio monialium beate Marie iuxta Pontisaram cisterciensis ordinis concedimus quod omnia acquisita que vique ad diem presentem in feodis retrofeodis dominio vel censivis nostris iustis titulis acquisierunt ipse teneant et habeant perpetuo absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi eisdem que ea omnia confirmamus salvo in aliis iure nostro et iure quolibet alieno. Preterea eisdem Abbatisse conventui et monasterio hiis diebus sustentatione plurium personarum ibidem degentium onerato caritativo compatientes affectu concedimus et volumus quod eidem abbatissa et conventus ad opus sui et predicti monasterii in predictis feodis retrofeodis dominio ant censivis nostris usque ad summam quingentarum libratarum paris. annui et perpetui redditus possint acquirere, easque cum acquisite fuerint in toto vel in parte teneant et habeant perpetuo cum predictis aliis absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi salvo in aliis iure nostro et iure quolibet alieno. Litteras vero recordationis inclite Karissimorum avi et genitoris nostrorum quas habent dicte religiose super similibus graciis quoad potestatem acquirendi cassamus ex nunc tenore presentium et irritamus omnino. Que ut firma et stabilia perseverent presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Abbaciam predictam anno domini m° cc° nonagesimo tertio mense junio in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste.

Charte parchemin de 0.34 larg. × 0.18 haut. — Ecrit. carrée, long. lignes. — Sceau pendant cire verte. — Le roi sur son trône ... HILLIPUS DE... fin altérée.

(Arch. S.-et-O., fonds Maub., cart. 34.)

XLVIII

Bulle de Boniface VIII confirmant les privilèges de Maubuisson

(5 Mars 1294)

Bonifatius episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus Abbatisse et conventui monasterii beate Marie Regalis iuxta *Pontisaram* ordinis cisterciensis Parisiensis diocesis salutem et apostolicam

benedictionem. Solet annuere sedis apostolica pijs votis et honestis petentium precibus favorem benivolum impertiri. Ea propter dilecte in Christo filie vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes Libertates et immunitates a predecessoribus nostris romanis Pontificibus sive per privilegia sen alias indulgentias vobis et monasterio vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et principibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter vobis et monasterio predicto indultas sicut eas iuste ac pacifice obtinetis vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum Lateranum in non marsii Pontificatus nostri anno primo.*

Bulle parchemin de 0.311 larg. × 0.200 haut. — Ecrit. nette et régulière. Belle initiale et qq. petites capitales. — Le sceau manque.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 1.)

XLIX

Bulle de Boniface VIII confirmant une transaction avec le curé de Saint-Ouen

(5 Novembre 1299)

BONIFATIUS episcopus servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus. ABBATISSE et *Conventui Monasterii beate Marie Regalis juxta Pontisaram cisterciensis* ordinis *Parisiensis* diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis pesitur quod justum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum, sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod orta dudum inter vos ex parte una et Rectorem *ecclesie sancti Audoeni* juxta *Pontisaram Parisiensis* diocesis ex altera super quibusdam decimis et rebus aliis materia questionis. Tandem super hiis mediantibus bonis viris quedam inter partes amicabilis compositio intervenit ad id venerabilis fratris nostri *Parisiensis* Episcopi loci diocesani accedente consensu prout in patentibus literis inde confectis ejusdem Episcopi sigillo munitis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris justis supplicationibus inclinati compositionem ipsam sicut rite et fine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata ratam et gratam habentes eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere

vel et ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum ejus se noverit incursurum. *Datum Lateranis Non. novembris pontificatus nostri anno Quinto.*

Bulle parchemin de 0.440 larg. × 0.270 haut. — Belle et large écriture. La 1re lettre majuscule ornée. — La bulle manque ; restent les attaches en soie rouge et jaune.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 37.)

L

(5 Novembre 1299)

Le mesme Pape reçoit le Monastère sous la protection du sainct Siège et confirme touttes ses possessions.

(Pièce perdue.)

LI

Arrêt de la Cour du Roi qui maintient les Religieuses de Maubuisson dans la jouissance du droit de pâturage dans la forêt de Retz

(Février 1301)

PHILIPPUS Dei gra. FRANCORUM Rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod cum procurator religiosarum mulierum ABBATISSE *et conventus monasterii nostri beate Marie Regalis juxta Pontisaram* in nostra speciali gardia existentium exhibens curie nostre quod dam privilegium per quod a BEATO LUDOVICO avo nostro concessum est quod ipse religiose mittant annuatim in perpetuum in pissonam *foreste Restis* vel in pissonam *foreste nostre Cuisie* vel in alteram earum quam maluerint Trecentes porcos ab omni panagio liberos et Immunes Necnon et alia privilegia per que BEATUS LUDOVICUS qui hec ommia faciendi potestatem habebat Ipsas et omnia que earum sunt in sua manu custodia et protectione penitus et expresse ut res suas proprias retinuit et prohibuit ne de aliqua possessione sua placitarent ant traherentur in placitum nisi coram eo ant coram sua justitia capitali. Trecentos porcos dictarum religiosarum per gentes Karissimi et fidelis germanis nostri in *foresta Resti* captos procurator nomine dictarum religiosarum sibi a nobis petebat liberari Nosque porcos predictos per manum nostram fecissemus recredi Ac gentes et procurator dicti germani nostri dicerent dictam recredentiam non per nostram sed per ipsius germani nostri manum fieri debere. Et ad ipsius curiam super hoc dictas religiosas petissent remitti proponerent que

dictas religiosas ante crastinum beati remigii trecentos porcos misisse illiciter in pissonam *foreste Restis* ac fecisse fieri injuste ignem et logiam ex lignis dicte foreste Procuratore dictarum religiosarum asserente in contrarium et dicente dictas religiosas liciter et juste predicta fecisse Tandem auditis et intellectis partium predictarum rationibus pronuntiatum fuit per curie nostre Judicium Quod ad nos de predictis cognitis recredentia et curia pertinebant. Quodque dicta recredentia dictis religiosis cederet ad plenam liberationem declaratumque per nos extitit quod virtute dictorum privilegiorum licitum fuerat et licebat dictis religiosis Trecentos porcos misisse et mittere annuatim decetero in dictas pessonas vel earum alteram quam maluerint in crastino festi beati Remigii sine omni impedimento. Necnon et ante diem festum quam certo nostri vel ipsius germani nostri vel mercatorum nostrorum non alii quicumque porci ex dono gratia conducto venditione vel alias dictas pessonas vel alteram earum intrabunt. Necnon et fecisse ac de cetero facere fieri Logiam et ignem moderatos de lignis mortuis ac de branchiis et ramis arborum aliarum pro custodibus dictorum porcorum quandiu durabit pessona Impedimenta que per gentes dicti germani nostri secus apposita per nos duximus amovenda. In cujus rei testimonium presentibus nostrum fecimus apponi sigillum. *Actum parisiis anno domini millesimo Trecentesimo primo mense februarii.*

Scellé en las de soye rouge et verte de cire verte.

La charte manque dans le carton. — La présente transcription est faite sur une copie du commencement du XVII^e^ s. dans un cahier in-f°, papier ayant pour titre « Chartres de privilèges et protection royale octroyé à l'abbaye de nostre dame la Royale dicte de Maubuisson ».

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 30.)

LII

(1302)

Vidimus d'une bulle du Pape Boniface 8^e^ expédiée 1301, le 18 décembre, par laquelle les Religieux de Cysteaux sont exempts de payer la dixme des Terres sur lesquelles personne n'estoit en droict ni possession de dixmes.

LIII

Philippe IV accorde à Maubuisson des privilèges considérables

(Septembre 1306)

PHILIPPUS Dei gracia FRANCORUM rex. Notum facimus vniversis tam presentibus quam futuris. Quod nos dilectarum nostrarum. ABBATISSE ET CONVENTUS *monasterii beate Marie Regalis iuxta Pontisaram* cister-

ciensis ordinis supplicationibus annuentes eisdem et monasterio suo duximus concedendum quod ipse conquestus ab eis sui monasterii nomine factos a tempore retroacto usque ad tempus concessionis hujusmodi in feodis retrofeodis et alodiis nostris aut subditorum nostrorum in quantum ad nos spectat tenere possint perpetuo absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi vel prestandi nobis financiam pro eisdem. Item quod bona ipsarum mobilia non capientur vel justiciabuntur in aliquo casu per justiciam secularem. Item quod in casu ubi licite bona ipsarum immobilia capi contingeret ea consumi vel destrui non liceat aut expendi ; quod si fiat id ante omnia faciemus emendari et eas indempner servari. Et quod si ad ipsorum bonorum saisinam vel custodiam servientes deputari oporteat, unus tantummodo in qualibet domo ipsarum serviens deputetur qui de stipendiis suis vivere teneatur prout in nostris continetur statutis. Item quod recogniciones et advocaciones nove qui a subditis dicti monasterii nobis fiunt nullatenus admittentur et factas de novo faciemus penitus revocari. Item quod ballivi et alii officiales nostri teneantur iurare quod mandata sibi facta et facienda per litteras nostras pro dicto monasterio et personis eiusdem absque difficulate fideliter exequentur. Item quod impedientur nec inquietabuntur super possessionibus sive redditibus emptis in feodis retrofeodis aut censivis suis in quibus omnimodam altam et bassam habent justiciam ; quin possessiones et redditus taliter acquisitos perpetuo tenere valeant absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi aut prestandi nobis financiam pro eisdem. Item quod tollantur gravamina per gentes nostras illata ac nostra iam concessa statuta serventur et ea Ballivi nostri iurare teneantur se firmiter servaturos. Item quod ad opus garnisionum nostrarum bona earum et sub ditorum suorum eis invitis nullatenus capientur. Item quod pro gravaminibus sibi illatis corrigendis de quibus liquebit auditores non suspectos eisdem cum requisiti fuerimus concedemus qui vice nostra celeris complementum justicie exhibebunt super hiis fideliter. Item quod non punientur pro delictis monialium aut conversorum ant familiarium suorum nisi quatenus sunt propter hoc puniende de iure vel consuetudine patrie cui subsunt. Item quod non impedientur gentes dictarum Religiosarum personas dicti monasterii et mobilia sua cum armis moderate vel sine armis ac eciam delinquintes in suis locis capere quatenus facere consueverunt. Quod ut firmum et stabile perseveret presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Salvo in aliis iure nostro et in omnibus alieno. ***Actum in Regali abbacia beate Marie nostre Pontisaram die martis ante festum beati Michalis Archangeli. Anno domini millesimo Trecentesimo sexto.***

Charte parchemin de 0.275 larg. × 0.280 haut. — Ecrit. assez nette et régulière. — Le sceau manque. Qq. restes des lacs de soye rouge et verte.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 3.)

LIV

Diplôme de Philippe IV mettant les biens de l'Abbaye sous la protection royale

(Pâques 1310)

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ph (illipus) dei gracia Francorum Rex. Vniversis tam presentibus quam futuris Ad perpetuam rei memoriam... Pulcra facie sed pulcrior fide dilectarum filiarum nostrarum Monialium *beate Marie Regalis* iuxta Pontisaram acies candidata per Beatissimum Ludovicum Regem Francorum avum nostrum et inclite recordationis dominam et proaviam nostram Blancham ipsius beatissimi Ludovici genitricem pro Regni nostri salute utiliter et salubriter instructa per Religionis opera que incessanter devotis affectibus amplectitur et effectibus gratiosis exercet deo se gratam exhibere satagens nobis merito sic placida redditur quod ad ea qui pacis earumdem honoris et commodorum quorumlibet incrementa respiciunt favorabiliter entendamus ut sicut ipsa filiarum nostrarum devota congregatio pulcra et decora coram Deo et eius angelis spiritibusque malignis terribilis et ut castrorum acies ordinata ad divinam poscendam misericordiam et spirituum malignorum versuciam propellendam pro nostra et totius Rei publice Regni nostri salute spiritualibus armis incessanter insudat. sic eas a terrenis preservantes molestiis eo fortius contra malivolorum turbationes ipsas muniamus privilegiis oportunis et graciis amplioribus foveamus quo ex fragilitate sexus est eis imbecillior potentia repugnandi. Concedimus itaque eisdem tenore presentium quod monasterium ipsum abbatissa et moniales ipsius carissime filie nostre tum omnibus domibus bonis et possessionibus Rebus et juribus suis ubicumque et in quibuscumque consistant qui omnia tamqui nostra propria reputamus tam in capite quam in membris in et sub immediatis manu gardia protectione et tuitione nostris et successorum nostrorum Regum Francorum predictorum ut res nostre proprie perpetuo maneant et consistant et ab ipsis immediatis manu gardia protectione et tuitione nostris et eorumdem successorum nostrorum casu aliquo aut quovis quesito colore non possint quomodolibet separari aut etiam elongari. Etiam si terre vel loca in quibus vel infra que monasterium domus bona possessiones res et jura aut aliqua ex eisdem sita sunt vel fuerunt ad alios dominos translata sint vel contigerit in futurum transferri. Inhibemus etiam ne quis eas aut res seu bona earum mobilia aut jmmobilia homines aut familiares earum vexet in aliquo vel disturbet in capite vel in membris in personis aut bonis quia portare nullatenus possemus quod quicquam eas res homines aut familiares earum

minueret vel vexaret aut Libertates eis a dominis predecessoribus nostris et a nobis concessas quocumque modo interdiceret vel disturbaret Immo eas et que earum sunt que ut permittitur nostra propria reputamus, homines qui et familiares per nos et successores nostros predictos ut res proprias manu teneri gardiari protegi et tueri volumus et ubemus ad utilitatem omnimodam vsum et commodum monasterii ABBATISSE MONIALIUM et familiarum predictorum. Prohibemus etiam ne de aliquibus suis possessionibus aut de aliquibus rebus bonis aut iuribus ipsarum in capite aut in membris placitent nisi coram nobis aut ipsis successoribus nostris aut in *parlamentis francie* nostris et eorumdem successorum nostrorum coram nostra iustitia capitali eorumdem parlamentorum aut coram commissariis non suspectis a nobis aut successoribus nostris specialites deputandis. Uolumus etiam et precipimus ac regia auctoritate statuimus quod Eedem filie nostre et omnes res et servientes earum sint quitti ab omni exactione et consuetudine excubiis et serviciis secularibus, et liberum transitum habeant per terram et aquam in omnibus et singulis locis Regni nostri et aliis nostre potestati subiectis sicut res nostre proprie, ita ut de rebus ipsarum vel quas emerint aut vendiderint aut deportari fecerint ad usus suos proprios vel edificiorum suorum in capite vel in membris pontagium pedagium Theoloneum passagium pauagium Roagium vicecomitatum in terra aut in aqua modiationem vini vel aliquas alias consuetudines aut seculares imposiciones seu exactiones reales aut personales nulli omnino reddere teneantur seu compellantur reddere quovis modo. Decernentes ex nunc irritum et inane si secus contra predicta vel aliqua predictorum attemptatum est vel in futurum contigerit attemptari. Quod ut firmum et stabile permaneat in futurum. Sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendi. *Actum in eadem Abbatia beate Marie Regalis die sancto pasche. Anno domini Millesimo Trecentesimo decimo.*

aut coram commissariis non suspectis a nobis aut successoribus nostris specialiter depputandis. Volumus ectiam et precipemus ac regia auctoritate statuimus quod eedem filie nostre et omnes res et servientes earum sint quiti ab omni exactione et consuetudine excubiis et serviciis secularibus et liberum transitum habeant per terram et aquam in omnibus et singulis locis regni nostri et aliis nostre potestati subjectis sicut res nostre proprie ita vt de rebus ipsarum vel quas emerunt vel vendiderunt ant deportari fecerunt ad vsus suos proprios vel edifficiorum suorum in capite vel in menbris pontagium pedagium theoloneum passagium panagium roagium vicecomitatum in terra aut in aqua modiacionem vini vel aliquas alias consuetudines aut seculares impositiones seu exactiones reales aut personales nulli omnino reddere teneantur seu compellentur reddere quovismodo decernentes ex nunc irritum et inane si secus contra predicta vel aliqua predictorum actemptatum est vel in futurum contigerit actemptari. Quod vt firmum et stabile permaneat in futurum Sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum in eadem *abbacia beate Marie regalis* die sancto pasche Anno domini millesimo trecentesimo decimo.

Supplicantes propterea predicte Religiose abbatissa et conventus quatenus preinsertas litteras et omnia et singula eisdem contenta nostre Magestatis regie munificencia liberalitate actque gracia confirmare dignaremur. Quapropter nos premissis attendentes predicte regalis abbacie jampridem a predicto gloriosissimo confessore Ludovico precessore nostro fundate ab eodemque et aliis precessoribus nostris ectiam *francorum* regibus quam plurimis redditibus donate commodum vtilitatem et incrementum magnopere cupientes divinum que in ibi misterium ad omnipotentis dei salvatoris nostri ac intemerate virginis eius matris dignissime sub cuius excelentissimi nominis vocabulo eadem abbacia fundate extitit laudem actque gloriam animarum que eorumdem predecessorum nostrorum salutem nostram que ac carissime consortis nostre Regine Liberorumque nostrorum ac totius regni nostri prosperitatem congruis semper honoribus celebrari. Easdem litteras et omnia et singula in eisdem contenta ratas et gratas rataque et grata habentes eas et ea laudavimus approbavimus Ratifficavimus et confirmavimus. Laudamusque approbamus Ratifficamus et confirmamus de nostre regie magestatis plenitudine ac speciali gracia per presentes. Quarum tenore dilectis et fidelibus consiliariis nostris gentibus parlamenti nostri compotorum Thesaurariis et generalibus consiliariis super facto financiarum nostrarum preposito *parisiensi*, Baillivis *silvanectensi Rothomagensi carnotensi* et de *Medunta* ceterisque iusticiariis et officiariis nostris aut eorum locatenentibus presentibus et futuris districte precipiendo mandamus et eorum cuilibet prout ad eum pertinnerit quatenus nostris presentibus approbatione rattificacione et confirmacione predictas Religiosas Abbatissam et conventum predicte abbacie presentes et futuras vti et gaudere actque potiri pacifice et quiete faciant paciantur et permittant absque impedimento quocumque. Quod si forte illatum foret idem reparent sen reparari et ad pristinum

et debitum statum reduci faciant indilate visis presentibus Quas vt perpetue firmitatis robur obtineant sigilli nostri munimine fecimus roborari nostro in aliis et in omnibus quolibet alieno jure semper salvo. Datum apud *Nutriacum* (?) in mense decembris. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto Et Regni nostri decimo quarto sic signatum Per Regem vobis domino de *Argentonio* et aliis presentibus. De Cerisay.

Loys par la grace de Dieu Roy de *France*. Savoir faisons à tous présens et avenir. Nous avoir veues les lettres de feu bonne mémoire Philippe jadiz Roy de *France* nostre predecesseur dont la teneur s'ensuit : Philippe par la grace de Dieu Roy de *France* savoir faisons à tous présens et avenir Nous avoir veu noz lettres contenans la forme qui sensuit : Phelippe par la grace de Dieu Roy de *France*. Savoir faisons à tous présens et avenir que nous avons veues vnes lettres cy dedans escriptes contenant la forme qui sensuit :

Karolus dei gracia *Francorum* et *Navarre* Rex. Notum facimus vniversis tam presentibus quam futuris nos in quibusdam litteris inclite recordationis carissimi domini genitoris nostri in cerico et cera viridi sigillatis dilectis filiabus nostris in christo abbatisse et conventui abbacie *Regalis beate Marie* prope *Pontisaram* concessis vidimus contineri quasdam clausulas quarum tenor talis est : concedimus itaque eisdem tenore presentium quod monasterium ipsum abbatissa et moniales ipsius carissime filie nostre cum omnibus domibus bonis et possessionibus rebus et juribus suis vbicumque et in quibuscumque consistant que omnia tanquam nostra propria reputamus tam in capite et in membris in et sub. immediatis manu gardia protectione et tuicione nostris et successorum nostrorum Regum *Francie* predictorum vt res nostre proprie perpetuo maneant et consistant et ab ipsis immediatis manu gardia protectione et tuicione nostris et eorumdem successorum nostrorum casu aliquo aut quovis quesito colore non possint quomodolibet separari aut ecciam elongari ecciam si terre vel loca in quibus vel infra que monasterium domus bona possessiones res et jura aut aliqua ex eisdem sita sunt vel fuerunt ad alios dominos translata fuit vel contigerit in futurum transfferri Jubemus eciam ne quis eas aut res seu bona earum mobilia aut immobilia homines aut familiares earum vexet in aliquo vel disturbet in capite vel in membris in personis aut bonis quia portare nullathenus possemus Quod quisque eas res homines aut familiares earum minueret vel vexaret ant libertates eis a dominis predecessoribus nostris et a nobis concessas quocumque modo interdiceret vel disturbaret nunc eas et que earum sunt que vt permittitur nostra propria reputamus homines que et familiares per nos et successores nostros predictos vt res proprias manu teneri gardiari protegi et tueri volumus et jubemus ad vtilitatem vsum et commodum monasterii... Prohibemus ecciam ne de aliquibus suis possessionibus aut de aliquibus rebus bonis aut juribus ipsarum in capite aut in membris placitent nisi coram nobis aut ipsis successoribus nostris aut in parlamentis *Francie* nostris et eorumdem successorum nostrorum coram nostra justicia

lisse dicamur seu ectiam concessuri et assignaturi sumus vel ectiam translaturi in quibus dicte Religiose vel predicta abbacia seu tenentes a dicta abbacia ipsius que abbacie ac religiosarum et earumdem homines mansionarii hospites vel submanentes ipsarum aut tenentes ab ipsis quoquomodo domos possessiones alia bona res et jura habeant vel habere possunt aut que de feodis vel tenuris ipsius abbacie et Religiosarum ipsarum sint vbicumque consistant Nos ea omnia et singula in et sub immediatis manu ressorto gardia protectione et tuicione nostris et successorum nostrorum regum *Francie* retinemus et volumus perpetuo retineri. Nolentes nec intendentes quod pretextu seu causa vel occasione predictarum concessionis assignationis vel translationis seu aliarum quorumcumque factarum vel faciendarum seu concedendarum quo ad interdicionem ressortum aut gardiam vel alias quomodolibet premissa omnia et singula vel aliqua ex eisdem ipsi Regine ant aliis quibusuis esse subiecta. Quod ut perpetue roboris obtineat firmitatem presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum in dicta *abbacia Regalis beate Marie*. Anno domini millesimo tricentesimo vicesimo secundo mense aprilis.

Nous adecertes toutes les choses et chacune d'icelles contenues es clauses cy dessus escriptes ayans agreables fermes et estables icelles voulons gréons louons ratiffions approuvons et par la teneur de ces présentes lettres de certaine science et de nostre auctorité royal, confermons. Et jasoit ce que nous a nostre tres cher et feal filz Jehan de France ayons octroyé et assigné et transporté en icelui la duchée de *Normendie* auquel duchié lesd. Religieuses ont leur abbaye dessus ditte ou les tenans dicelle abbaye et les hommes mansionnaires hostes ou demourans soubz icelle abbaye et Religieuses ou les tenans dicelle en quelque maniere que ce soit ont ou pevent avoir maisons autres possessions biens choses et droiz ou lesquelz sont des fiefs et tenemens dicelle abbaye et religieuses en quelxconques lieux que ilz soient, Nous toutes ces choses et chacune d'icelles retenons et voulons estre perpétuellement retenues sans moyen soubz les main ressort garde et protection et tuicion de nous et de noz successeurs roys de *France* non voulans ne entendans que par vertu ou cause ou occasion de ladite concession assignacion ou transport ou quelzconques autres faictes ou a faire ou a octroyer les choses dessus dites toutes et chacunes ou aucunes d'icelles quant a interdicion ressort ou garde ou autrement en quelque maniere que ce soit, Soient subgectes a nostredict fils ou a quelxconques autres. Et pour ce que ce soit ferme chose et estable a tousiours Nous avons fait mectre nostre seel en ces presentes lettres. Donné à *Poissi* lan de grace mil ccc. trente et vng au moys de Mars.

Et il soit ainsi que depuis la confection de nosdites lettres. Nous a feue nostre tres chiere et amée cousine Jehanne jadiz Reyne de *Navarre* contesse *d'evreux de mortainh* et *de Longueville* ayons donné et octroyé assigné et transporté a tousiours pour elle et pour ses hoirs les villes chasteaulx et chastellenies de *Pontoise* de *Beaumont sur Oise* et d'*Asnieres* ou nom ou tiltre

simus participes. Easdem litteras preinsertas ac omnia et singula in eis contenta ratas et gratas rataque et grata habentes eas et ea laudavimus approbavimus ratifficavimus et confirmavimus ad de nostre regie potestatis plenitudine auctoritate regia et speciali gracia laudamus approbamus ratifficamus et confirmamus volentes vt dicte Religiose abbatissa et conventus eisdem vtantur et gaudeant quatenus hactenus rite et recte vse sicut et gavise. Quocirca dilectis et fidelibus consilariis nostris gentibus parlamenti nostri compotorum thesaurariis et generalibus consiliariis super facto financiarum nostrarum preposito *parisiensi*, baillivis *silvanectensi Rothomagensi carnotensi* et *de Medunta* ceterisque justiciariis et officiariis nostris aut eorum locatenentibus presentibus et futuris districte precipiendo mandamus et eorum cuilibet prout ad eum pertinuerit quatinus nostris presentibus approbacione ratifficacione et confirmacione predictas Religiosas abbatissam et conventum predicte abbacie presentes et futuras vti et gaudere actque potiri pacifice et quiete faciant perciantur et permictant absque impedimento quocumque. Quod si forte illatum foret illud reparent seu reparari et ad pristinum et debitum statum reduci faciant indilate visis presentibus Quas vt perpetue firmitatis robur obtineant sigilli nostri munimine fecimus roborari. Nostro in aliis et in omnibus quolibet alieno Jure semper salvo. Datum *parisius* in mense Jullii. Anno domini millesimo cccc^mo^ octuagesimo quarto. Regni vero nostri primo.

[Sur le repli est écrit :]

Per Regem ad relacionem consilii.

(signé) MENON. (?)

Collatio facta fuit in originalibus litteris.

VISA

contentorum

1484. (signé) TEXIER.

Immense charte en parchemin de 0.85 haut. × 0.60 de larg. — Écrit. assez nette, à long. lignes. — 2 sc. : 1° Au bas le grand sc. royal de majesté : cire verte de 0.125 diam., le Roi assis sous un dais tenant le sceptre et la main de justice : Légende majuscules, KAROLUS DEI GRACIA FRANCORUM REX. C. sc., l'Écu de France avec 3 fl. de lys surmonté d'une couronne, soutenu par 2 anges. — 2° A gauche de la charte le c. sc. du même : rond cire verte, diam. 0.045. — (Ne sont pas dans Demay.)

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. Demay.)

TITRE II

TRAITÉ AVEC LE CURÉ DE SAINT-OUEN. — FONDATION DES CHAPELLES (68 à 86).

LXVIII

Transaction avec le Curé de Saint-Ouen au sujet des dîmes dues sur le territoire de l'Abbaye

(Mars 1247 n. st.)

Omnibus presentem paginam inspecturis Guillelmus permissione divina *parisiensis ecclesie* minister licet indignus salutem in domino. Notum facimus quod cum inter *Abbatissam* et *moniales monasterii beate Marie regalis juxta Pontisaram cisterciensis* ordinis ex vna parte et Benedictum presbiterum *Sancti Audoeni* ex altera contentio verteretur, dicente dicto presbitero ecclesiam suam predictam esse lesam ex fundatione monasterii predicti in ejus parochia fundati, eo quod ipse ratione ecclesie predicte de jure communi ante fundationem dicti monasterii percipiebat decimam minutam omnium terrarum in toto situ et appendiciis monasterii predicti circumquaque, ut pote in lino. Canabo. Cepis Escallonniis contentarum, et quod habebat jus parochiale in omnibus mansionariis qui ibidem antea residebant, ut pote in oblationibus decimis agnorum, porcorum, vitulorum et hujusmodi; Dicebat

etiam ommes oblationes que fiunt in parochia sua ad ipsum pertinere et ob hoc eas que fiunt in dicto monasterio ipsum debere percipere; Dicebat insuper se omnem decimam de terris in quibus sita sunt stagna antiquitus percipere: Dicebat ecclesiam suam alias multipliciter dampnificatam super legatis a parochianis suis ibidem futuro tempore faciendis. Item dicebat ecclesiam predictam dampnificatam super electione sepulture a parochianis suis in dicto monasterio, tanquam proximo loco eligende quam si remotum esset non essent ibidem electuri propter quod tam in annalibus quam in tricennalibus quam oblationibus cotidianis quam in absentatione parochianorum suorum ad idem monasterium confluentium propriam ecclesiam relinquentium predictam ecclesiam dicebat multipliciter esse gravatam et etiam deinceps plus gravandam, et ideo petebat super his omnibus sibi et successoribus suis ac predicte ecclesie per recompensationem condignam consuli et indempniter provideri. Tandem communicato bonorum virorum consilio partes predicte apud dictum monasterium coram nobis personaliter constitute in hunc modum pacis assensu nostro interveniente devenerunt; Videlicet quod dictus presbiter pro se ac successoribus suis et ecclesia predicta monasterio predicto omnia predicta et singula imperpetuum quitavit penitus et remisit cum omni jure parochiali quod habebat et habere poterat in futurum ratione predicta in omnibus decimis in ortis arboribus plantis arcis pratis cultilegiis et omnibus aliis et singulis ultra ambitum murorum dicti monasterii sitis et contentis sicuti se comportant omnes dicti muri tam a parte anteriori quam posteriori ac dextrorsum et sinistrorsum et etiam cum omni jure quod habebat seu habere poterat in futurum extra muros dicti monasterii scilicet a porta deversus *Pontisaram* usque ad cuneum muri in descendendo usque ad caput manerii versus *Pontisaram* quod fuit Roberti de Malodumo et de illic ad caput magne granchie deversus *Pontisaram* usque ad vineam que fuit Lupe ultra prata, et de illic usque ad caput vinee que est Potine et usque ad vineam Mathei in descendendo ad fontem inter Herbertum et Rogerum sicut cultilegia eorum se comportant directe usque ad cuneum muri de cimiterio. Quitavit insuper dictus presbiter monasterio predicto totum jus parochiale quod habebat seu habere poterat aut debebat in quibuscumque servientibus et aliis personis in monasterio predicto in domo de Malodumo, in beccheria supra stauna, in molendino ejusdem monasterii et infra ambitum omnium predictarum domorum degentibus et residentibus: videlicet visitationes infirmorum, Confessiones penitentium, Sepulturas mortuorum, Oblationes propinquorum et extraneorum et alia omnia et singula in presenti pagina contenta que ad ipsum et ad dictam ecclesiam possent seu deberent de jure communi vel privato ratione parochiagii pertinere, nichil in predictis omnibus et singulis sibi aut successoribus suis aut ecclesie predicte retinendo. Recognovit etiam dictus presbiter se pro recompensatione quitationis omnium predictorum recepisse in solidum ab abbatissa et monialibus monasterii predicti quinquaginta libras parisienses in pecunia numerata de quibus pro se et successoribus suis

annos post mortem dicte AALESIE circa hoc diligentem curam adhibuerunt. cum non possent invenire possessiones et redditus in quibus possent dictam pecuniam in manu mortua implicare. nec eciam ad sustentationem vnius capellani sufficere poterant facultates et ne dictum legatum ex toto periret asseruit quod ipse locum invenerat aptiorem ad institutionem capellanie predicte in quadam capella sita in *cimiterio beate Marie regalis juxta Pontisaram* et quod ipse tractatu habito diligenti cum religiosis mulieribus abbatissa et conventu dicti monasterii et eciam cum executoribus testamenti dicte AALESIE ita convenerat cum eisdem si nobis expediens videretur quòd capellania predicta de *ecclesia de cormeliis* ad dictam capellam sitam in *cimiterio beate Marie Regalis* transferatur jta quod dicte abbatissa et conventus soluto sic legato predicto dictam missam in dicta capella per vnum capellanum suum faciant imperpetuum celebrari. Nos itaque accedentes tam ab ipso ARNULPHO quam a dictis executoribus translationem hujusmodi utilem esse necessariam quantum ad utilitatem et salutem anime ipsius AALESIE ac considerantes ejusdem AALESIE pium propositum in hac parte. Nolentesque ut pro deffectu assignationis loci tam pium opus sive propositum sicut ad nostrum spectat officium executioni debite non valeat defraudari ad jnstanciam et petitionem dictorum ARNULPHI et executorum volumus concedimus et ordinamus quod capellania predicta in dicta capella sita in dicto cimiterio dictarum monialium Jnstituatur et ibidem sit et remaneat in futurum. Jta quod dicte abbatissa et conventus in eadem capella per quemdam presbiterum monachum earumdem ad sumptus earum proprios de cetero faciant deservire quidem presbiter dicte capelle capellanus missam vnam de fidelibus pro ipsius AALESIE anima et animabus predecessorum suorum in eadem capella diebus singulis perpetuo celebrabit cui ordinationi nostre dictus ARNULPHUS JOHANNES presbiter de *plesseicio* GUILLERMUS DE ATRIO ALEXANDER DE ATRIO ejus frater et JOHANNES DE NOVO VICO executores testamenti dicte AALESIE coram nobis vnanimiter consenserunt. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. *Datum anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo mense Januario.*

Charte parchemin de 0.309 larg. × 0.180 haut. — Ecrit. nette et ferme. — Le sc. manque.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 30.)

LXX — LXXI

(Mars 1262 n. st.)

L'Abbesse et Religieuses agréent et consentent la fondation d'une chapelle dans celle *de leur cimetière.*

.... « SŒUR GUILLEMETTE, ABBESSE DE N. D. LA ROYALLE.... toustes lesquelles

Parisis nous luy assignons pour estre receu à perpétuité sur laditte Prévosté, scauoir la moitié au jour de l'Ascension de nostre Seigneur et l'autre moitié à la feste de tous les saincs. Ce que ledict chapelain deura toucher des mains ou du Préuost dudit lieu ou du Receueur dudit domaine. Or Nous voulons que le chappelain qui aura esté nommé à laditte chapelle par lesdittes Abbesse et Conuent dise tous les lundys, les mercredys et les vendredis la messe de Defunctis pour le salut de nostre très cher Seigneur Louis d'illustre mémoire et de nostre fils PHILIPPE, cy deuant Roys de France et de nos autres enfans deffuncts. et qu'il dise la messe de Beata les mardys et les samedys, et du Saint Esprit les Jeudis pour nostre très cher nepueu PHILIPPE ROY DE FRANCE, pour nous et pour nos autres enfans viuans tandis que nous resterons en vie; et après nostre mort Jl dira tous les jours la messe des deffuncts pour le salut de nostre âme, de nostre seigneur Roy et des autres susditz. Voulans que nostre très cher nepueu après sa mort participe avec les autres à laditte messe qui sera ditte de defunctis, à l'exception des jours de dimanche, du Jeudy, vendredy et samedy sainct, de l'Ascension de nostre Seigneur, de tous les saincts, de Noel, circoncision, Epiphanie, des quatre solemnitez de la Vierge, la Nativité de Saint Jean Baptiste, des Bienheureux Apostres Pierre et Paul, ausquels iours et solemnitez ledit chappelain pourra dire la messe conuenable à l'office. Pour l'accomplissement desquelles choses, Nous voulons que ledit Chapelain soit tenu de iurer ès mains de lad. Abbesse et conuent. Voulans aussy et commandans que le Preuost dudit lieu ou le Receueur du domaine qui seront pour lors, payent aux termes cy devant assignez au chappelain qui fera la desserte de laditte chapelle les vingt liures Parisis sur les reuenus de laditte Preuosté sans attendre pour cela aucun autre mandement. Et afin que cecy soit plus ferme et plus stable, nous y auons fait apposer nostre seau. Prians l'excellent Prince PHILIPPE par la grâce de Dieu Roy de France, nostre très cher Nepueu qu'il luy plaise donner son consentement à nostre présente Jnstitution et de la confirmer dans la forme et manière cy devant rapportées. Faict à *Sainct Marcel proche de Paris*, le samedy auant la feste de la Purification de la Vierge Marie mil deux cens nonante quatre. » — Or Nous, ayans agréables lesdittes institution et ordonnance faittes à l'occasion de laditte chapelle par laditte dame nostre ayeule dans la forme et manière cy dessus marquées, et les rattifians, de nostre puissance et autorité royalle les confirmons, voulans et commandans que touttes et chacune des choses susdittes soyent inuiolablement obseruées. En témoignage de quoy Nous auons fait sceller les présentes lettres. — Faict l'an de la Naissance de nostre seigneur le Lundy auant la feste de la Purification de la bienheureuse vierge Marie. Mil deux cens nonante cinq.

(Orig. perdu. Traduction du Cartulaire.)

dans ledit monastère à l'*Autel de sainct Jean Baptiste qui est au costé droit du maistre Autel*. Et de tout ce que dessus comme aussy de la conseruation des droicts et honneurs du monastère, Ledit Chapelain tant au commencement de son institution qu'au renouuellement de chaque Abbesse prestera serment entre nos mains ou entre les mains des Abbesses lesquelles nous succèderont et iurera de les observer fidèlement. Mais le Monastère sera tenu de luy fournir le calice, le luminaire, les ornemens sacrez et touttes les autres choses nécessaires au culte de laditte chapelle. Et afin que cecy tienne et soit perpétuellement obserué Nous obligeons expressément et hypotequons lesdittes dixmes, Voulans et ordonnans que quiconque en iouyra, paye tousiours la susditte rente audit chapellain en la forme et manière cy dessus exprimées, et pour cet effect nous les laissons hypotequées enuers ledit Chapelain, Supplians par la teneur des présentes le Réuerend père en Dieu Dom Abbé de Cysteaux, à qui nostre monastère est immédiatement suiet, qu'il luy plaise par son autorité de ratifier et confirmer touttes et chacune des choses susdittes, d'ordonner, définir, de commander de science certaine que l'on ayt à les obseruer inuiolablement. En témoignage de quoy et pour donner plus de force et de fermeté et pour marque de nostre ratification Nous auons fait appliquer aux présentes le seau de nostre Abbaye. — Donné l'an de Nostre Seigneur mil trois cens huict, le jour du mercredy après la Natiuité de la Vierge.

(Orig. perdu. Traduction du Cartulaire.)

LXXIV

Confirmation par l'abbé de Cîteaux de la fondation précédente

(9 Juillet 1309)

Nos frater Henricus dictus Abbas *cisterciensis*. Notum facimus vniversis quod nos litteras infra scriptas vidimus in hec verba.

Universis presentes litteras Jnspecturis. Soror Blancha monasterii *beate Marie regalis juxta pontisaram parisiensis* dyocesis *cisterciensis* ordinis dicta Abbatissa Eternam in christo salutem. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod nos conventus nostri monasterii predicti ad hoc concurrente vnanimi consensu de bonis que nobis in nostre favorem persone, non eiusdem monasterii consideratione, a nostris nobis sunt largita parentibus et amicis quasdam decimas adquisivimus. Ex quibus tam pro nostre et ipsorum amicorum nostrorum animarum remedio quam ad opus augmentationis divini servicii in eodem monasterio vnam perpetuam capellaniam per vnum capellanum secularem deserviendam Ordinamus et volumus fundari et jnstitui in honore sancte

Trinitatis et BRATI LUDOVICI qui ipsum dotavit monasterium. Et nos in suis domibus educatam jbidem voluit monachari volentes et ordinantes quod quicunque huius capellanie capellanus per nos aut per eas que nobis in dicto monasterio Abbatissas succedent fuerit institutus Ratione hujus capellanie deserviende habeat singulis annis Ad opus victus sui esum et potum et lectum in monasterio nostro prout vni de aliis presbiteris ejusdem monasterii consuevit ministrari. Et ultra hoc decem libras parisienses annui redditus pro robis et aliis sibi necessariis. capiendas et percipiendas super decimis predictis. Videlicet super decima quam apud *Hanesies* et super decima quam apud *Mouflaines* habemus per modum predictum acquisitas Jta quod nos aut monasterium nostrum aut quevis alia persona nichil omnino de ipsis decimis percipere valeamus donec eidem capellano satisfactum fuerit de illis decem libris parisiensibus annuatim. Quod si monasterium nostrum predictum dicto capellano esum et potum ac lectum ministrare noluerit, capellanus ipse super illis decimis cum dictis decem libris alias decem libras paris. annui et perpetui redditus pro hiis omnibus que posset petere ratione predicte capellanie percipiet et habebit in terminis infra scriptis volumus dictum redditum predicto capellano vel qui pro tempore fuerit ibidem jnstitutus. Videlicet medietatem in festo Nativitatis dominice et aliam medietatem in festo ascensionis Domini. Capellanus vero predictus qui pro tempore fuerit institutus in predicta capellania in loco quem infra abbacie nostre ambitus duximus assignandum capellaniam ipsam bene et sufficientes tenebitus deservire et qualibet ebdomada quatuor missarum sollepnia celebrare in eodem monasterio nostro ad altare beati Johannis baptiste in dextram majoris altaris existens donec alius locus per nos aut per eas que nobis succedent abbatissas fuerit ordinatus et de hoc nobis ac eisdem abbatissis que nobis succedent in dicto monasterio et de servandis iuribus et honoribus monasterii predicti et personarum illius juramentum corporale prestabit tam in sua institutione quam in qualibet abbatisse creatione Monasterium vero eidem capellano libros calicem luminare et vestimenta sacra et alia que ad capelle cultum fuerit necessaria ministrabit. Ad hec autem tenenda et imperpetuum observanda obligamus expresse dictas decimas volentes et ordinantes quod quicunque tenuerit eas dictum redditum sub forma et condictione predictis solvat dicto Capellano imperpetuum et ad hoc eas dicto capellano qui pro tempore fuerit relinquimus obligatas. supplicantes tenore presentium reverendo in christo patri Dompno Abbati *cisterciensis* cui monasterium nostrum immediate noscitur esse subjectum quod ipse omnia et singula supra dicta ratificare et confirmare dignetus auctoritate sua et predicta omnia et singula statuat diffiniat et mandet ex certa scientia teneri perpetuo et servari. In quorum omnium et singulorum, testimonium, ratificationem et munimen sigillum abbatie nostre presentibus litteris duximus apponendum. ***Datum anno domini millesimo Trecentesimo octavo die mercurii*** port ***nativitatem beate Marie virginis.***

Item alias litteras vidimus in hec verba. Nos frater HENRICUS abbas *cisterciensis*. Notum facimus vniversis quod cum dilecta in christo filia soror BLANCHA abbatissa *beate Marie regalis* prope *Pontisaram* de bonis que sibi in favore persone sue non consideratione dicti monasterii a suis scilicet largita parentibus et amicis quasdam decimas acquisierit super quas de nostra speciali licentia et ad hoc concurrente consensu sui conventus monasterii predicti tam pro sue et amicorum suorum animarum remedio et salute quam pro augmentatione divini servicii in monasterio supradicto. Unam perpetuam capellaniam per vnum capellanum secularem deserviendam ordinavit institui et fundari in honore sancte Trinitatis et beati LUDOVICI qui ipsum dotavit monasterium et ipsam in suis domibus educatam in eodem monasterio voluit monachari. Nos dicte capellanie fundationem et institutionem sub forma modis et condictionibus que in ipsius abbatisse litteris hiis presentibus annexis plenius continentur : volumus, ratificamus et approbamus ac eciam auctoritate paterna tenore presentium confirmamus statuentes et precipientes omnia et singula in eisdem litteris contenta teneri perpetuo et servari... In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. *Datum Anno domini millesimo Trecentesimo nono. Jn festo translationis beati benedicti abbatis.....*

Jn cujus rei Testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. *Datum Anno Domini millesimo Trecentesimo nono die dominica aute festum beate Marie Magdalene.*

Grande et belle charte de o.55 haut. × o.35 larg. — Grande écriture visant à l'archaïsme. — Le sceau est en miettes dans un petit sachet.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 8.)

LXXV

Lettres de Philippe IV relatives à la dotation de la Chapelle fondée par la princesse d'Antioche

(Septembre 1311)

PH(ILIPPUS) dei gratia *francorum* Rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod cum dilecti et fideles GUILLELMUS DE MARCILLIACO miles et GAUFRIDUS COCATRICI familiaris nostri Domum PETRI MARCELLI civis nostri paris. prope nostrum parisiense palatium existantem, domui JOHANNIS MARCELLI fratris dicti PETRI ac domni STEPHANI DE VITRIACO contiguam ex una parte ac domni JACOBI MARCELLI predictorum PETRI et JOHANNIS fratris ex altera in censiva prioris et *prioratus sancti Eligii* sitam et

Stephano de Cormeliis civi nostro parisiensi in viginti quatuor libris paris. nomine et ratione annui et perpetui redditus sive census debitis oneratam, pro dicti palatii nostri parisiensis operibus dilatandis nobis proficiam et necessariam auctoritate nostra ceperint Et cum predicto Stephano de Cormeliis de exoneranda et penitus liberanda ex nunc et in perpetuum domo predicta et quocunque edificio inibi deinceps construendo de dictis viginti quatuor libris et de ipsis viginti quatuor libris paris. redditualibus de cetero singulis annis imperpetuum supra coustumam et redditus pissidis nostre piscium de *halie parisiens.* et pertinentes ejusdem quatuor terminis *parisius* consuetis equis portionibus percipiendis es habendis nostro nomine et pro nobis convenerint, super hoc habentes a nobis speciale mandatum. Nos hujusmodi conventionem ratificantes, dictas viginti quatuor libras paris. annui et perpetui redditus dicto Stephano pro se heredibus et successoribus suis et causam habituris ab eo super coustumam et redditus pissidis nostre predicte et pertinentes ejusdem ex nunc affidemus ac eciam assignamus de cetero singulis annis dictis terminis percipiendas per manum illius vel illorum qui coustumam et redditus predictos pro tempore accensationis vel quovis alio titulo sive causa tenebit sen tenebunt. Et ex nunc pro dictis viginti quatuor libris paris. redditualibus solvendis imperpetuum dictam coustumam redditus et pissidem et personas que tenebunt easdem tenore presentium specialites obligamus volentes quod prepositus noster parisiensis qui pro tempore fuerit personas que dictas coustumam redditus et pissidem tenebunt si ad dictos terminos in dicti solutione redditus defficiant ad predicti Stephani heredum et successorum suorum vel causam habiturorum ab eo requisitionem adsolvendum dictum redditum compellere teneatur absque alterius expectatione mandati. Salvo et retendo nobis et heredibus nostris quod si dicto Stephano vel heredibus suis aut causam habituris ab eo dictum redditum futuris temporibus in locis et redditibus oportunis infra *banleucam parisiensem* assidere et assignare velimus ad exonerationem reddituum et pissidis predictorum. Idem Stephanus heredes et successores sui aut causam habituri ab ipso qui dictum redditum tunc tenebunt dictas assisiam et assignationem recipere et acceptare sinc contradictione aliqua tenebuntur salvo etiam in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno. Que ut firma et stabilia permaneant in futurum presentes litteras sigilli nostri fecimus impressione muniri. *Actum parisius anno domini millesimo trecentesimo undecimo. Mense septembris.*

Charte parchemin de 0.26 de larg. × 0.21 hauteur. — Ecrit. nette et régulière. — Sc. d. majesté en cire verte assez bien conservé, ainsi que le c. sc. à l'Écu portant 10 fl. de lys, 4, 3, 2, 1. — Lacs de soye verte et rouge.

(Archiv. S.-et-O., fonds Maub., cart. 8.)

LXXVI

Fondation de la Chapelle de la Vierge et de tous les Saints

(1er Avril 1315)

Universis presentes litteras inspecturis... Soror Isabellis dicta abbatissa *monasterii beate Marie regalis mixta Pontisaram* totusque ejusdem loci conventus eternam in christo salutem. Notum facimus quod cum nobilis et religiosa soror Maria de Foillouello monialis nostri monasterii se et sua nostro monasterio conferens inter ceteram certam summam pecunie contulisset ex qua centum triginta libras octo solidos et duo denarios parisienses reddituales acquisiti fuerunt recipiendi et habendi a nobis et monasterio nostro perpetuo in thesauro domini nostri regis *parisius* annis singulis in termino candelose, ipsaque soror Maria dum adhuc viveret nobis humiliter supplicavit ut de et super redditu illo caperentur annis singulis. Sex decim libre paris. pro missis celebrandis ter singulis ebdomadis in nostro monasterio supradicto in loco quem ad hoc ducerimus deputandum. Nos supplicationi predicte pro honore potissime dei et gloriose virginis Marie genitricis eius et omnium sanctorum et ut cultus divinus in nostro predicto monasterio angeatur benigne faventes volumus et concedimus et tenore presentium ordinamus quod predictorum consideratione et pro salute animarum nostrarum et ipsius sororis nostre celebrentur in nostro monasterio predicto per aliquam personam ydoneam secularem tres misse qualibet ebdomada in altari illo quod ad hoc duxerimus deputandum ordinantes quod pro victu persone illius que missas hujusmodi celebrabit de et super totali redditu supradicto capiantur sex decim libre paris. eidem persone reddende et solvende a nobis singulis annis in dicto termino si tunc eas receperimus vel alias quamcito eas pomerimus a thesaurariis recepisse volentes ordinantes et quantum possimus ut et in nobis est statuentes quod illas sexdecim libras ad opus predictum assignatas. Nos antem ille que nobis in dicto succedent monasterio retinere non possimus modo aliquo sub quovis quesito colore sed ad eas reddendas et solvendas postquam eas receperimus volumus obligari. Et nos nostrumque monasterium obligamus. Nos autem abbatissa predicta et ille que nobis in dicto monasterio pro tempore succedent abbatisse personam illam per quam dicte misse fuerint celebrande eligemus et instituemus ad officium missarum hujusmodi celebrandum ad vitam persone illius vel ad tempus brevius si quando et quotiens nobis visum fuerit expedire persona autem illa que pro tempore ad hoc fuerit deputata jurabit ad sancta dei evvangelia tacta manu ipsa bene et sufficienter officium predictum implere honoremque et commoda nostri monasterii in personis rebus et bonis fideliter procurare et in nullo contra honorem et commoda monasterii predicti aut

personarum illius attemptare. Nos autem ad opus predictum persone illi calicem libros ornamenta et lumen decentia ministrare tenemur ; redditum autem illum sexdecim librarum paris. bona fide exigere et procurare tenebimur quasi nostrum vel illi redditui cedere aut persone predicte mandatum dare sufficiens per quod illum redditum sexdecim librarum paris. exigere et petere possit et suis commodis applicare quod si dictum redditum centum triginta librarum octo solidorum et duorum denariorum paris. nobis in locis aliis contigeret assideri in rebus et bonis talibus quod dictas sexdecim libras reddituales divisim assignare possemus ad commodum persone que pro tempore ad celebrationem missarum illarum deputabitur. Nos in casu predicto dictum redditum assignare et assidere tenebimur sufficientes ita quod persona illa per manum suam illum redditum in terminis competentibus per nos ordinandis exigere valeat et levare pro rata temporis quo missas hujusmodi celebrabit : Supplicantes reverendo patri domno abbati *cisterciensi* cui monasterium nostrum immediate subesse noscitur ut predicta omnia et singula laudare ratifficare sua auctoritate ex certa sciencia confirmare dignetur. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum fecimus apponi. *Actum in monasterio nostro predicto. Prima die aprilis anno domini m° ccc° decimo quinto.*

Charte parchemin de 0.285 larg. × 0.210 haut. — Écrit. nette et régulière. — Très petit frag. du sceau de l'abbaye, cire brune ; on y distingue très bien au droit une abbesse debout, de face, tenant la crosse de la droite et un livre de la gauche. Au revers, dans un encadrement à 4 lobes, une crosse tournée à gauche, accostée à droite du château de Castille et à gauche d'une fleur de lys (composés avec les armes du « Coquemard » de Madame Blanche). Restes de légende : † A O. . . . . LIS : ce sceau est attaché par des lacs en cordonnet de soie rouge fort bien tressé et terminé par 2 petites houppes effilochées.

(Arch. S.-et-O., fonds Maub., cart. 8.)

LXXVII

Fondation de la Chapelle d'Artois par la comtesse Mahaut

(Mars 1324 n. st.)

Nous Mehaus contesse *dartoys* de *Bourgoigne* palatine et dame de *Salins* faisons savoir a tous presens et a venir Que comme Nous en lan de grace mil trois cens et quatre ou mois de Jenvier pour le remède et salut del ame de boine mémoire Robert jadis conte *dartoys* nostre tres chier signeur et pere. Ayons donné et otroyé al *eglise de nostre dame le royal deles*

pontoise quarante livrees au tournois de annuel et perpetuel rente pour faire le anniversaire perpetuel et sollempnel avecques vigiles de noef lechons et commandasses pour l'ame de nostre dit très chier signeur et pere enladite Eglise deux fois en l'an chest a savoir enla feste de la translation saint Benoit qui est le onzime jour de juliet vn et l'autre le quinzime jour du mois de décembre ouquel jour son cors fu bailles a lassepulture de sainte eglise en leglise devant dite, lesqueles quarante livres de tournois doivent estre distribuées au couvent pour pitanche, chest a savoir, vint livres a chascun jour des anniversaires dessusdis. Et lesqueles quarante livrees au tournois de annuel et perpetuel Rente nous assignames et assesimes a l'abbesse et au couvent de l'Eglise dessus dite à prendre sus nostre *paiage de Bappalmes* a certains termes dusques a tant que nous leur eussiens ailleurs assis. Item pour la devotion que nous avons enladite Eglise pour la Reverence de Dieu et de la vierge marie et pour le salut de lame de nostre dit tres chier signeur et pere qui y gist. *En lan de grace* mil trois cens et vint pour le remede del'ame de nous et de nos enfans ayons donné a l'Eglise dessusdite. vint et chainc livrées de tere au tournois pour vestir les dames de ladite Eglise et pour faire nostre anniversaire en ladite Eglise deus fois en lan aussi comme il est dessus dit de nostre dit très chier signeur et père, chest asavoir lun le jour de nostre trespas et l'autre an demy après. A tel jour que il leur semblera que convenable et que mieulx le porront faire. Et avvec che tant que nous viverons lesdites religieuses doivent faire chanter pour nous en leur convent chascun an deus messes lune de nostre dame es aveus et lautre entour la penthecouste du saint Esperit es jours de ches temps que eles le porront faire plus convenablement. Et leur asseimes lesdites vint et chuine livrees de tere au tournois a prendre sous certaines parties de vne fourfaiture qui nous estoit venue de Jehan le Jouene *de Lens*. Derechief comme nous pour lame de nostre dit très chier signeur et pere. ayons establie et fondée enladite Eglise de nostre Dame le Royal vne chapelerie de vint livrees de rente au tournois aprendre sour nostre dit paiage a certain terme. et ayons ordené establi et fondé en la dite Eglise pour lame de nous et de nos enfans vne autre chapelerie laquele nous avons donnee de vint livrees de rente au tournois par an lesqueles nous asseimes à ladite Eglise a prendre chascun an sous certaine partie deladite fourfaiture de Jehan le Jone. lesqueles parties sont en somme de cent et chuine livrees de tournois de annuel et perpetuel rente. Nous ayons consideration de eschiever la painne et le travail et empechement que lesdites religieuses porroient avoir en temps avenir et les cous et les frais que eles porroient soustenir et avoir pour ce que les assientes des dons dessusdis leur sont faites en divers lieus et aucuns que eles ne prenderoient mie par leurs mains voellans par la devotion que nous avons aladite Eglise et pour la reverence especialment du cors de nostre dit très chier signeur et pere qui y gist. Voellans faire leur assiese convenable que elles prendent par leurs mains, si que lesdites religieuses ne puissent en temps

avenir estre grevees de nul coust ne de nul frait. Deliberation eue sour che avons assigné et assignons et asséons lesd. cent et chuinc livrees au tournois de annuel et perpétuel rente . . . . . comme pour la fondation des chapelleries dessus dites les rentes teres et possessions et revenues qui chi apres sont contenues, lesqueles nous sont venues en fourfaiture de JEHAN LE JOUENE et les avons assizes et assenées a prendre par la main des religieuses dessus dites. C'est a savoir le *manoir de dehors la posterne de Lens* qui fu le duc JEHAN et la pescherie qui fuaud. JEHAN ou pris de vvit livres paris. de rente par an. Item des rentes que li dis JEHANS acquist jadis de NEVELOT DE VAUX et de MANESSIER de rentes en deniers. treze sols noef deniers maaille paris . . . . . Et de ces choses toutes et chascunes dessus dites assignées si comme dit est par nous asdites abbesse et couvent pour elles et en leur non tant pour lesdites religieuses comme pour la fondation desdites chappeleries ou provision desd. chappelains. Nous le procureur desdites Abbesse et couvent es noms dessus dis et pour les causes dessus escriptes, avons vestu et saizi corporelment a estre tenues toutes les choses et chascune dessus dites perpetuelment desdites abbesse et couvent franchement et en pais a tous jours comme pure franche et perpetuel aumosne. . . . . Et volons et ordonons que desore en avant icelles chappeleries soient appelees les *chapeleries dartois*. et soit appelée et tenue pour premiere chelle que nous avons fondée pour l'ame nostre dit tres chier signeur et pere et lautre seconde laquéle nous volons estre fondée par l'ami de nostre chier signeur et mari de bonne mémoire OCTE (ou OTTE) jadis conte paladin de *Bourgoigne* et signeur des *Salins*..... et soient desservies en ladite eglise en la chapelle qui est en la senestre partie de lad. eglise qui est appelée la chappelle Saint Jehan . . . . . .

